UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus

Sotomayor, Antonio

Madriti, 1667

Index Librorvm Prohibitorvm Et Expurgatorum: Pro Regis Catholici Hispaniarum Regnis Catholicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-81432

Visual Library

INDEX LIBRORVM PROHIBITORVM ET EXPURGATORUM:

PRO

REGIS CATHOLICI HISPANIARUM REGNIS CATHOLICIS.

NDICES
Librorum
PROHIBITORŪ
E. V.
24.

A

PRIMA CLASSIS AVCTORVM DAMNATÆ memoriæ, quorum OPERA *edita, & edenda sunt prohibita: nisi expurgata, aut quod videantur innoxia, nominatim permittantur.*

ABDIAS Liberinus.

Seu *Liberinus Abdias*, Germanus, Theolog. Calvino-Zuinglianus: qui Tiguri scribebat Syntagma Controversiæ de Cœna Domini.

ABDIAS Prætorius.

Germanus, Wirtembergensis, Theolog. Luther.

EIus, qui inscribitur, *Liber Aureus de Phrasibus Ebræis.* Witemberg. ex Typographia Simonis Grœnembergij, 1584. Cum expurgatione permissus.

In prima libri facie post, *Abdiæ Prætorij*, adde notam *Auctoris damnati, & operis non nisi cum expurgatione permissi.* — Ex Epist. dedicatoria, quæ incipit: *Et si non desunt*, pag. 4. ad finem post illa verba: *nonnunquam includat:* dele 5. lineas, usque ad initium pag. sequentis, & illa verba: *Vnum idemque vocabulum*, exclusivè.

Ex Cap. 1. *De Loquutionibus de Deo*, n. 2. ubi legitur, *sic Deus in ira:* &c. dele, *cùm prorsus denegare videtur auxilium.* — Et num. 11. ubi legitur, *Locutiones de filio Dei*, &c. ibi *de sola Essentia Divina:* pro *Essentia*, scribe, *Persona.* — N. 16. dele tres lineas, quæ incipiunt, *Locutiones de Mysterijs Cœnæ*, &c. usque ad, *Matth.* 26. excl.

Ex Cap. 2. quod est, de *Phrasibus Sententiarum.* N. 7. ubi incipit, *Matth.* 20. post illa verba, *à Patre meo*, expũge duas lineas, usque ad *Matth.* 24. exclusivè. — Et num. 11. ubi legitur, *Marci* 10. *Sedere*, &c. dele, *scilicet credentibus*, — Et post tres lineas, ubi legitur, *Caro mea verè est cibus*, dele sequentia, usque ad *Ioan. 9. neque* excl. — Et paulò inferiùs, ubi legitur, *Si habeam omnem fidem*, &c. dele illa verba, *nempe iudicio humano, & quod ad proximi utilitatem*, — dele integrum §. sequentem, qui incipit 1. *ad Timoth.* 1. — Item, & alium sequentem, qui incipit, *Hebr.* 6. usque ad titulum, *Ap-*

pend. excluſ. — N. 12. dele integrum §. qui incipit, *Matth. 5. Merces.* — Et poſt tres lineas dele totum §. qui incipit, *Rom. 2. Deus* — num. 13. ubi legitur, *Ioel. 2. Omnis*, dele, *non ratione invocationis, ſed ratione fidei prælucentis.* — Et poſt alias ſex lineas, dele, *vel fide prælucente.* — Et num. 15. ubi legitur, *ſcilicet legem, & Evangelium*, dele, *ſcilicet legem.*

Ex cap. 3. *De figuris verborum*, numer. 3. ubi legitur, *Matth. 20. Iis datur, quibus eſt paratum à P. M.* dele ſequentia uſque ad proximum titulum, *Append.* excluſive.

Ex cap. 4. *De figuris nominum*, num. 1. §. *Iſai. 53. ſervus meus*, &c. dele, *ideſt, notitia, aſſenſu, & firma fiducia.* — Num. 4. dele §. *Fide ſumus iuſti pro miſericordia, quam apprehendimus fide.* — num. 9. dele totum §. qui incipit, *Chriſtus pro*, &c. — Et num. 30. §. qui incipit, *De plenitudine eius omnes accepimus*, dele duas lineas ſequentes. — Ex cap. 9. num. 2. in fine, dele illa verba, *Lutherus in confeſſione Cœnæ.*

ITEM eiuſdem Prætorij, *De Poëſi Græcorum, & de generaliſſimis Poëſeos* conſiderationibus. Wittembergæ 1571. permittitur, expuncta Epiſtola initiali, & appoſita nota damnati Auctoris, & operis cùm expurgatione permiſſi.

ABELVS Curiander.

Seu, *Curiandrus*. Friſius, Leovardiēſis, Calvin. Gener Ioannis Druſij; qui ſui ſoceri vitā deſcripſit, ac eius operum editorū, & nō editorum delineationē exhibuit; atque iam editis præfatiunculas præpoſuit, Franekeræ, excudebat Fridericus Heinſius, prorſus prohibetur.

ABEL Nezenius.

Germanus, Theol. Lutheranus, Auguſtanæ Cōfeſſionis, qui ſe exercebat in Operationibus Biblicis Lutheri, Ienæ 1610.

ABEL Vinarius.

German. Theolo. Lutheranus Auguſtanæ Confeſſionis, ſcribebat Tubingæ 1594.

ABRAHAMVS à Bodeſtein.

Andreæ Caroloſtadij à Bodenſtein Hereſiarchę filius, Medicus Baſilienſis, Chymicus, Paracelſiſta, Botanicus Lutheranus.

EIus de *Herbis dicatis duodecim Zodiaci ſignis*, liber prohib.

ABRAHAMVS Bucholcerus.

Seu *Bucholcenus*, ſeu *Bucholzenus*, ſeu *Bucholſer*, ſeu *Bucholzerus*, ſeu *Bucholzerus*, Luther. Hiſtoricus.

EIus *Index Chronologicus* Franc. 1577. & Gorlitij 1580. nondùm videlicet locupletatus ſecundis curis, ſine ulla foliorū notatione, & numero: & idem cura ſecūda Gottfridi Bucholzeri Fil. Grumbergenſis. Sileſij locupletatus. Francof. ad Oderam. 1584. Genevæ 1594. & 1599. Gorlitij 1599. in 8. permittitur cum ſubiecta expurgatione, quę cuicūque editioni adaptari poterit, ſervata annorū ſerie, & numero.

Addendum primi operis inſcriptioni, *Auctor damnatus; opus cum expurgatione permiſſum.* — Et paulò inferius delenda vox, *fideliter*, ubi extiterit. Expungenda deinde integra Epiſtola dedicatoria (ubi extiterit) ad Ioachim. Fridericum; & Præfatio ad Lectorem uſque ad *litterarum & notarum.* — Delenda etiam reliqua ſequentia; retento tantùm Privilegio Cæſario, uſque ad operis initium, quod incipit, *Creatio Cæli, & terræ*, excluſive.

Anno Mundi 987. p. 2. ubi, *Translatus in Cœlum*, pro *Cœlum*, repone, *Paradyſum.* — Et eodem modo corrige eam vocem, anno 3050. p. 20. — Anno Chriſti 49. pag. 158. ante medium dele, *ſolam fidem*, & repone *Evangelium.* — Anno Chriſti 381. p. 238. à medio quod ait, *à Theodoſio indicta*, ſcribe, *ſub Theodoſio*, &c. & ſimiliter, anno 451. p. 268. initio, *à Marciano*, corrige, *ſub Marciano.* — Anno Chriſti 525. p. 292. in medio poſt illud, *Iuſtino poſſunt ut*, dele, uſque ad, *Italia periclitanti*, excluſive. — Anno Chriſti 607. p. 307. in fine, dele titulum, *Romanorum Pontificum primatus.* — Et pag. 308. initio, poſt illud 5. *Febr. Onuphr.* dele, uſque ad, *Menſe Aprili*, excluſive. — Anno Chriſti 1073. p. 344. ad finem, poſt illud, *Henrico IIII. Imper.* dele uſque ad, *Ferdinandus 1. Rex Hiſpa.* excluſ. — Anno Chr. 1074. p. 345. dele titulum, *Cœlibatus Sacerdotum in Germania.* — Et ſequentia omnia, uſque ad annū 1075. excluſ. — Anno Chr. 1080. p. 347. ad finem, poſt illud, *præciſa eſt dextera*, dele uſque ad illud ſequentis pagynæ, ſub initium, *ſepultus eſt Mersburgi*, excluſ. — Anno Chr. 1159. p. 366. ad finem, dele §. *Sequutum eſt ſchiſma.* — Anno 1161. p. 368. poſt illud, *in Hieremiam interpretatio*, dele, uſque ad finē anni, & §. — Anno Chr. 1303. p. 397. à medio, in §. *eodem tempore*,

pore, post illud, *Suffrid. Trithe.* dele usque ad finem anni. — Anno Chr. 1313. p. 400. à medio, post illud, *Assumpt. Mariæ* 15. *Augusti*, dele usque ad, *Moritur in Tuscia*, exclus. — Anno Chr. 1323. pag. 402. in fine post illud, *Defensor pacis*, dele usque ad finẽ anni. — Anno Christi 1326. p. 403. initio post illud, *à Matre admorsa gena*, dele, omnia usque ad, *Prusia Bythiniæ*, exclus. — Anno Chr. 1350. p. 407. sub initium, post illud, *Impetranda concurrerunt*, dele usque ad, *Trith. Platin.* exclus. — Anno Christi 1400. p. 413. ante medium, post illud, *frequentata est*, dele usque ad, *hic ipse Bonifacius*, exclus. — Anno Chr. 1416. p. 422. initio, ibi, *M. Hieronymus Pragensis*, post illud, *pari supplicio affectus*, dele usque ad finem anni. — Anno Christi 1431. p. 428. in medio, post illud, *primis duobus annis nihil actum*, dele usque ad, *Actum postea*, excl. — Anno Christi 1432. p. 430. in medio, post illud *quinquaginta diebus*, dele usque ad, *Silvius*, excl. — Anno Christi 1439. p. 433. initio, post illud, *Epist. 81. Æneæ Silvij*, dele usque ad, *Græci post multas*, exclusivè. — Anno Christi 1449. p. 445. in medio, ibi *Romanus Pontifex*, pro quo scribe, *Basilienſi Conciliabulo Antipapa.* — Et deinde, post illud, *in Ecclesia schisma*, dele usque ad, *ius sibi Papatus cessit, solo Cardinalatus*, exclus. & dele illud, *ius sui Papatus.* — Anno Chr. 1457. pag. 461. initio, dele totum §. *Circa hunc annum à reliquis*, &c. — Anno 1472. p. 473. à medio post illud, *temporum meliorum ploro*, dele usque ad finem, §. — Anno Christi 1479. p. 478. in fine, ibi, *à communi sententia eius temporis*, pro *eius temporis*, scribe, *Ecclesiæ.* — Anno Christi 1500. in Alexand. VI. ad mediũ paginæ, ubi ait, *ea, quæ passim vendidit*, pro *vendidit*, repone, *misit.* — Anno Christi 1503. dele totum, §. qui incipit, *Alexand. VI. Papa*, &c. usque ad *Iulius II. Papa*, &c. — Anno 1517. ad finem sub titulo, *Mutatio Religionis*, post illa verba, *affixit propositiones*, dele usq; ad *Nevè verbis nostris iugulemur*, exclusive. — Anno 1518. §. *Quid hoc anno Erasmus*, post illa verba, *Epist. 23. & 31.* dele usque ad finem huius, §. & sequentis, & usque ad, *Eccius obeliscis notat*, &c. initio anni 1519. excl. — Anno 1521. ante finem, sub §. *Erasmus, offensus*, post illa verba, *Epistolarum eius volumine*, dele usque ad annum 1522. excl. — Anno 1546. §. qui incipit, *Martinus*, post illa verba, *ætatis 63.* dele usque ad, *Fridericus Palatinus*, exclus. — Anno 1560. in §. *Martinus* post illa verba, *in cineres redacti erant*, dele usque ad finẽ §. — Anno 1564. in §. *Synaxis*, post illa verba, *etiam laïcis*, dele, *secundum Christi institutionem.*

Eiusdem Isagoge chronologica Gorlicij, Typis Ambrosij Fritschij, 1580. & 1584. Francof. 1577. Genevæ 1594. 1596.

In prima libri facie, inscribenda nota damnati auctoris, & operis permissi. fol. 20. p. 2. Sub n. 6. *De loco in Actis*, dele à principio n. 6. usq; ad §. *Porrò nobis non adversatur*, exclus. in pagina sequenti post mediũ. — Fol. 27. p. 1. in textu Danielis 9. versic. 24. ibi, *ut finiatur delictum, & contegatur peccatum*, pro *contegatur* (sub qua voce latet hæreticum venenum) scribe, *deleatur*, ut habet Catholica lectio vulgata. — Fol. 35. p. 1. ad finem, post illud, *quod res ipsa dicit postulat*, dele usque ad, *Leonhartum Krentzemium*, exclus. — Fol. 42. pag. 2. n. 2. initio, ibi, *Enoch raptus in cœlum*, pro *cœlum*, scribe *Paradysum.* — Ibidem, ad medium, post illud, *veluti alter mundi sol*, dele usque ad, *in ipso medio ultimi*, excl. & loco expunctorum, substitue, *Bononiæ coronatus est.* — Fol. 46. p. 2. ante medium, in ultima Æra. quæ incipit, *à confirmato primatu*, deleatur tota, usque ad, *à Regno Semiramidis*, exclus. — Fol. 47. p. 2. initio, post illud, *Rodolphi I. Habspurgij*, dele usque ad proximos numeros, exclus. — Fol. 51. p. 1. à medio post illud, *& inventa typographia*, 138. dele usque ad illud, *Typographus lectori*, exclus. — Et ibidem col. 2. expungatur tota Epist. Gaspari Hoffmanni ad Abrah. Bucholzerum.

Alia verò eiusdem Bucholzeri opera prohibita sunt.

Abraham de Cardes.

Seu, *Abrahamus de Cardes.* Germanus, Lutheranus, Philosophus.

Eius *Florilegium Philosophicum*, ex Platone, Aristotele, Seneca, Boëthio, &. apud Clement. Bergerum 1606. donec prodeat expurgat.

Abrahamvs à Dousslaer.

Theol. Calvinista, ex auctorib°, & subscriptoribus Conciliabuli Dordrechtani.

Abrahamvs de la Faye.

Gallus Philologus.

Abrahamvs Gibelius.

Seu, *Gilbelius*, seu, *Gibellus*, Belga, Lutheranus Augustanæ Confess. Polilogus.

NDICES
Librorum
PROHIBITORŪ
E. V.
z 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ABRAHAMVS Jeschius.

Poëta, Encomiaster Pauli Bolduani. Calvinistæ. Germanus, Stolpensis Superintendens, Calvin.

ABRAHAMVS Lascherus.

Germanus Luther.—Poëta, vivebat circa annum 1583.

Elus *Davidis, & Goliæ Monomachia.* Basil. apud Oporinum, permittitur, si adhibeatur initio nota, *damnati Auctoris, & operis permissi.*—Et similiter quædam eius Elegiæ, quæ habentur in Tom. 3. Delitiarum Germanicarum. Vid. *Delitiæ German.* in 3. Classf. — Reddidit præterea Pausaniam latinum, & Præfationem adiecit. Basil. apud Oporinum 1550. quæ permittitur cum simili nota.

Sed *Libri Regum*, quos dedit carmine, & *Lamentationes Hieremiæ*, apud Oporinum, & alia quædam Poemata prohibentur.

ABRAHAMVS Milius.

Seu, *Abrahamus Van der Milius.* Natione Gelder, civis Leydensis, Historicus, & Poëta Vulgaris, Calvinianus, scribebat de lingua sua Belgica, Lugdu. Batavorum 1612. & in Ps. 23. Belgicè. Amsterodami 1611.

ABRAHAMVS Musculus.

Wolfgangi filius, minister Ecclesiæ Bernensis in Helvetia, Germanus, Theologus Luther.

ABRAHAMVS Rochembach.

German. Luther.

Eius tractatus de *Cometis*, Witember apud Grossium 1602. prohib.

ABRAHAMVS Saurius.

Seu, *Saurn.* (apud Simlerum) Francoberg. Theologus, Philosophus, & Historicus, Lutheranus Augustanæ Confessionis.

Eius omnia prohibita.

ABRAHAMVS Scopffius.

Germanus, Luth. Medicus.

Elus *Catholicon omnium præsidiorum Medicorum*, Bass. 1593. est prohibitum.

ABRAHAMVS Scultetus,

Seu *Schultetus*, seu *Sculteius*, Silesius, Heydelbergens. & Gumbergens. Theologus, Luther. Calvinista, ex congregatis, & subscriptoribus Cõciliabuli Dordrechtani, Aulæ Palatinæ concionator.

Elus, *Ethicorum*, lib. duo. Lugdu. 1593. Argent. 1614. permittuntur cũ expurg. In prima libri facie adhibenda nota *Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permissi.* — In pag. verò aversa, expunge Epigramma Piscatoris, dánatæ memoriæ. —Ex lib. 1. cap. 5. p. 23. ad finẽ, post illa verba, *quam hostium, incidere*, dele sex lineas, usque ad, *Deum tamen sua*, excl. — Et c. 35. p. 102. lin. 4. ab initio, dele vocem, *Salvificæ.*

Alia verò eius scripta Theologica, aut Ecclesiastica, qualia sunt. Cõfutatio disputationis de Baptismo Cõstantini. *Neostadij, apud Nicol. Schram.* 1607. *Et* Axiomata concionandi practica, *Monhemij Pal.* 1609. *Et in* Isaiam, *Francof.* 1609. *perpetuo prohib.*

ABRAHAMVS Seyller.

Silesius, Medicus Ducis Bregensis.

ABRAM Langen.

AGHATIVS Brandeburgensis.

Germanus, Theologus, Lutheranus scribebat, *Epitomẽ de Cæremoniis Christianis*, &c. Franc. 1597. nunquam permittendã.

ACHILES Gassarus.

Seu, *Achiles Pyrmin. Gassarus*, seu *Achiles Pyrminius Gassarus*, Lindovien sis, Lutheranus, Medicus, & Mathematicus, & Historicus, omnia eius opera prohib.

ADAMVS Abelus Strarburgus.

Seu, *Abelus Strarburgus*, Noricus, Gener. Thomingij, Compater Dauth. Sectariorum Lutheranorum, Germanorũ, Germanus ipse, & Lutheranus Iuris Cõsul. Eivs *Præfatio in Decisiones* Iacobi Thomingij prohib. vide *Iacobus Thoming.* 1. Classf.

ADAMVS Christianus.

Tigurinus Theologus, Lutheranus, scribebat de Cœna Domini Germanicè. Tyguri. 1557.

ADAMVS Colbius Fagius.

Germ. Theolog. Lutheran. August. confessionis, qui scribebat *Lumen concionatorum*, apud Porsium 1604.

ADAM

ADAM Couton.

Calviniſta Theolog.

ADAMVS Crato.

Northuſanus, Theologus, Luthero-Zuinglianus; ſcribebat Hierapoli 1591. & Germanicè, Lipſiæ 1581.

ADAMVS Franciſcus.

Legendorffenſis, Theologus, Lutheranus.

ADAMVS Herjog.

Theolog. Calviniſta.

ADAMVS Hoppius.

Seu *Adamius Hoppius*. Theolog. Lutheran. & Muſicus, ſcribebat numeros muſicos Dierum Dominicalium, & Feſtorum anni; Gorlicij 1575. & in Pſal. 128. Gorlicij 1574. & 1578.

ADAMVS Neuſer.

Primum Caluin. tandem Machometiſta, circa annum 1570.

ADAMVS Paſtoris.

ADAMVS Rhoterus.

Aliàs *Scrotherus*, Germanus, Theologus, Lutheranus Aug. confeſſionis: concionabatur ad ſectarios 1581. ſcribebat & prælo mandabat. Lipſiæ, & Witebergæ 1584.

ADAMVS Saverus.

Philoſophus.

ADAMVS Schmit.

Seu *Adamus Fabri*. Germanus, Theologus, ſcribebat conciones Germanicè; Francof. 1570.

ADAMVS Schramus.

Wolfelenſis, Theologus, Lutheranus.

ADAMVS Schuberts.

Seu *Scubertus*. Philoſophus Lutheranus *de his, qui ſubitanea morte pereunt*, & qui ſibi manus inferunt, Germanicè ſcribebat Gorlicij 1569.

ADAMVS Siberus.

Seu *Adamus Theodorus*, aut, *Theodoricus Siberus*; vel *Severus*, Ludi magiſter Grimnēſis, Philologus, Poëta, & Theologus, Lutheranus, Auguſt. confeſ.

EIus *Kalēdarium Biblicum*, permittitur, appoſita Auctoris nota, *&c.* quod circūfertur cum Miſcellaneis Menologicis, ex recēſione Eliæ Reuſneri, Francof. 1560. De quo vide Elias *Reuſner.* 1. claſ. — Et eiuſdem carmen ad librum, *Suſpicionū* Iani Gruteri: vide *Ianus Gruterus* 1. claſ. — eiuſdem Poëmeta aliqua, vide Tom. 6. Deliciarum Germanicarum. 3. claſ.

Cætera verò eius opera interdicta manent.

ADOLPHVS Clarembach.

ADELARIVS Prætorius.

Lutheranus, Theolog. Auguſtanæ Cōfeſſ.

ADOLPHVS Occo.

Auguſtanus, Medicus, & Philologus; de quo vide in *Laurentio Scoltzio* 1. claſſ.

EIus, *Imperatorum Romanorum Numiſmata*. Antuerp. Apud Plant. 79. — Editio altera auctior, Auguſtæ Vindelicorum anno 1601. Permittitur, ſi tamen in prima libri facie adſcribatur nota *damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permiſſi.* — In prævijs verò poëmatis laudatorijs, Sectarijs poëmatū auctoribus inuratur dānationis nota, videlicet Hieronymo Wolphio Oetingēſi, Nicolao Reuſnero, Nicodemo Friſchlino, Davidi Hœſchelio.

Quia verò, Adolphi Occonis nomen habuerunt tres Auguſtanæ Vrbis medici, Pater, Filius, Nepos: ſciendum, nepotem fuiſſe hunc, quem notamus, Numiſmatum ſcriptorem, qui carmen compoſuit in Geſneri obitum.

Huius porro pleraque alia opera prohibita ſunt.

ADOLPHVS Scribonius.

Sive *Guilhelmus Adolphus Scribonius*, ſive *Wilhelmus Adolphus Scribonius*, Marpurgēſis, Philoſ. & Theol. Calvino-Zuinglianus, Logicus potius, quam quidquā aliud doctrinę ſolidę, qui & Ariſtotelicā methodum deſcripſit: & illius methodi conſummatorem ſe profitetur; & tam Ideam Medicinæ, Ethicæ, & Phyſicæ ad leges Logicas revocavit. Cantabrigriæ 1595. Lengoviæ 1584. Francof. 1590. Quæ omnia permittuntur, appoſita ubique nota auctoris damnati, & operis permiſſi.

Eiuſdem verò reſponſio de *Purgatione*

NDICES
Librorum
ROHIBITORŪ
E. V.
Z 4.

Sagarum per aquam frigidam. Francof. 1590. Item eius *Isagoge Spherica, & rerum Physicarum explicatio.* Francof. apud Wechel. Basil. apud Pernam prohib.

ADOLPHVS Tectander Venator.

Calvin. Theologus, scribebat Controversia 1612.

ADRIANVS Adriani Metius.

Seu, *Adrianus Metius Alcmarianus*, aliàs per errorem, *Andreas Metius*. Germanus, Professor Leydensis, & in Academia Frisiæ Franckerana Ordinarius Mathematicus, Calvinista.

EIus tractatus de *Genuino usu utriusque globi.* Franeckeræ excudebat Vldrichus Valek. 1624. & Amsterodami, apud Guilielmum Ianſonium 1626. permissus cum expurgatione.

Apponenda auctoris nota, & operis cum expurgatione permissi. — Ex epistola verò ad Fabianum Czema, quę incipit, *Posteriores tuas*, ad finem dele parenthesim *(præter fatale Tyrannis refugium.)*

Accedit in eodem volumine, *Institutio* navigationis marinæ Sciatericorum Horologiorum, de arte navigandi, & ratio, simili modo permittitur. — Item eadem novis instrumentis, & inventionibus illustrata Amsterodami 1626.

EIusdem universæ *Astronomiæ Institutio*, tribus, vel quatuor Tomis distincta. Fræckerę, ex officina Ægidij Radęi 1605. 1608. permittitur adhibita nota præscripta, auctoris damnati & operis permissi.

EIVSDEM *Arithmeticæ, & Geometriæ practica*, Franeckeræ excudebat Rombertus Doyema, 1611. permittitur cum eadem nota.

EIVSDEM *Arithmeticæ* lib. 2. & *Geometriæ* libri 6. Lugd. Batav. ex officina Elzeveriana. 1626. Permittuntur adhibitis suis notis auctori & operi.

EIVSDEM *Mensura Geographica, & Globi Terrestris*, Amsterodami.

EIVSDEM *Astrolabij utriusque accurata descriptio*, Franeckeræ excudebat Vldrichus Balek 1626. — Permittuntur adhibitis ijsdem notis.

ADRIANVS Hofferus Zerizeus.

Confirmator Synodi Dordrechtanę, The. Calvin.

ADRIANVS Seu, Hadrianus. Vandenburchius.

Vltraiectinus, Theologus, & Poëta Calvino-Zuingl.

Scribebat, Farraginem similitudinũ, *&c. Lugd. Batau. apud Raphael.* — *Et* Centurias tres epigrammatum sacrorum, *Lugd. Batau.* 1596. — *Et alia quædam Poëmata, usque ad annum* 1602. prohibita donec expurgentur. — *Laudes verò Hieronymæ Columnæ, & Ascanij Col. cum eiusdem Adriani* Miscellaneis Poëmatis. *Typis Plantini.* — *Item Notæ ad libros 4. Petri Apollonij Collatij*, de Excidio Hierosolimit. — *Tum etiã* Emendationes ad Valerium Maximum *Permittuntur adhibita nota Auctoris damnati, & operis permissi.*

ÆGIDIVS Hunnius.

Germanus, Theologus, Lutheranus, Augustanæ confessionis, qui scripsit contra Card. Bellarminum Francof. apud Sebastianum Muller 1607. — Et *Summas capitum Biblicorum.* Witeberg. 1593. — Et alia multa de Religione. Franc. 1595. 1604. Lubecæ 1603. Tubing. Witeberg. 1608. Denique *Poëmata, & Comædias sacras* : quæ omnia perpetuo prohibentur.

ÆGIDIVS Stauchius.

Philosophus, Lutheranus.

EIVS *Quæstionum Ethicarum centuria*, Witteberg. apud Bergerum 1608. donec expurgentur.

ÆMILIVS Portus Cretensis.

Franciſci F. sive *Marcus Æmilius Portus.* Heiderbergensis professor, Lutheranus, apud alios, Calvinista.

EIus in *Dionysium Halicarnasseum Notæ*, ex editione Eustaquij Vignon, cum quibus circunferuntur etiam Notæ Henrici Stephani, & Isaaci Casauboni, Auctorum damnatorum; de quibus suis locis. Nunc verò Æmilio Porto inscribenda nota auctoris damnati, & operis cum expurgatione permissi. — Præterea expungenda Epist. Dedicatoria ad Ioannem Septimum quæ incipit: *Vtinam illustris, &c.* — Et in pagina 4. ad medium post illa verba, *negavit hoc ipsum*, dele usque ad *laborum assiduitate*, exclusive.

Item permittuntur eiusdem in *Suidam Notæ* Coloniæ Allobrogum, apud Petrum & Ia-

& Iacobum Chouët 1619. vbi apponenda Æmilio nota auctoris damnati. — Eivsdem etiam *Notata in Xenophontem*, Francof. apud Hæred. Andr. Wech. 1596. cum expurgatione permittuntur.

Post adscriptam Æmilio notam, Col. 1212. pag. 990. post ea verba, *legendum monet*, dele sequentia usque ad fin. §.

Eivsdem in Aristophanem Epistolæ, & Notationes, Aureliæ Allobrogum, sumptibus Calderianæ Societatis 1607. permittuntur cum expurg.

In prima libri facie, adhibe Odoarto Biseto notam damnatæ memoriæ, sicut & Æmilio Porto, tum in epistola Græca, fol. 2. tum fol. 3 pag. 2. epist. Latinæ, quæ incipit, *Cum propter*, &c..

Eivsdem quoq; permissæ Notæ in *Euripidis Tragœdias*. Heidelbergæ typis Hieronymi Commelini 1597. & apud Paulū Stephanū 1611. adhibita præscripta nota auctori & operi. — Ex notis verò in *Supplices* vers. 6. pag. 49. post illa verba, *addenda sunt*, dele usque ad finem notæ.

Item permittuntur eiusdē Notæ *in Pindarum*, cum simili castigatione: deleta etiā Inscriptione epistolę dedicatorię. — Similis nota affigenda eiusdē, *Dictionario Ionico* G. L. & Dictionario Dorico G. L. & Dictionario Pindarico. Hanoviæ, typis Wechel.

Eiusdem verò alia prohib.

Albanvs Torinus.

Vitosuranus Germanus, Basilienſ. profeſſ. Medic. & Mathem. Luther.

Elus *Compendiosum Diegema* Ioānis Damasceni Principis Arabum Medici, de *Febrium curatione, & eiusdem Aphorismorum* Paraphrasis. Basil. in officina Roberti Winthera. 1542. permittuntur.

Adhibenda vero Torino nota dānati auctoris, & operis permissi, ipso libri initio.

Albericvs Gentilis.

Natione Italus, à Roma profugus in Angliam, civis Londinensis, Calvinianus, Iurisconsultus, qui etiam falcem misit in rem Theologicam.

Permittūtur eius opera sequētia, adhibita singulis prescripta damnationis nota, & operis non nisi cum expurgatione permissi. Quædam vero etiā perpetuo interdicta, quæ non patiuntur expurgationem.

Elus disputatio ad lib. 1. *Machabæorum*. Franeckeræ, apud Ægidium Radæum. 1600. Hanovię apud Guiliel. Anton. 1604.

Post adhibitam in prima libri facie notam, expungendum totum caput primum; quod est *Præfatio ad Tobiam Matthæum*, usque ad titulum capitis secundi, exclusive, quod inscribitur, *Si dici posset Alexandrum*. — Ex c. 2. quod incipit, *Ait Machbæicus*, p. 6. post tres lineas, dele vocem *Apocryphis*. — Et post quatuor alias, dele periodum, *Si is certis aliorum auctorum testimonijs non confutetur*.

Ex cap. 4. pag. 14 linea 7. ante finem, post illa verba, *barbarè, ac solœcè*, dele usque ad, *Aut non*, excl. — Ex p. 15. ante medium, post illa verba, *Horatium adducit*, dele usque ad, *Et ergo de hostibus*, exclus.

Ex cap. 5. pag. 20. ante medium, post illa verba, *missi sunt fortassis*, dele usque ad, *& tamen Bononienſe*, exclusive. — Et pag. 22. initio post illa verba, *nomen ad alteram*, dele usque ad, *Nisi si dicimus*, excl.

Ex cap. 8. p. 33. initio, dele, *Dixissem ego proclivi lapsu erratum in nomine.*

Ex cap. 9. p. 34. parum ab initio, post illa verba, *facile volent*, dele usque ad finem pag. & usque ad, *De his nominum erratis*, exclusive. — Et pag. 34. ad medium, post illa verba, *durissima Hebræorum*, dele usque ad, *prophani auctores*, exclus. — Ex cap. 10. pag. 38. in fine post verba, *Duxi respondere*, dele usque ad post medium p. 39. & verba, *aut quid hic*, exclusive. — Et pag. 40. post initium, & verba, *accommodare operam potest* dele usque ad, *Legeras apud Magistrum* exclusive. — Et eadem pag. ad finem, post, *Valde decipior*, dele usque ad medium circiter sequentis pag. 41. & illa verba, *Scio alios expedire hæc*, exclusivè. — Et pag. 44. ad medium, post illa verba, *Narrationem Pauli*, dele usque ad, *Græcis magis est*, exclusive.

Accesit eiusdem Alberici, *Disputatio parergica, de linguarum mixtura*, quæ cum præscripta Auctoris, & operis Nota, expurganda est.

Expungenda Epistola cum inscriptione ad Ioannem Drusium. — Pag. 53. vel ex alia editione 102. post illa verba, *Ipsorum venire deberet*, dele usque ad, *& hæc forte.* excl. — Et p. 55. vel ex alia editione 107. ante finem, post illa verba, *sūt mixturæ linguarum*, dele usque ad post medium sequētis pag. & illa verba, *Quis non riserit*, excl.

Eivsdem Disputationes tres, De Libris *Iuris Canonici*; De Libris *Iuris Civilis*: De *Latinitate veteris Bibliorum versionis malè accusata*. Hanoviæ 1605.

INDICES Librorum PROHIBITORŪ E. V. 24.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Ex disputatione prima, de libris Iuris Canonici. Cap. 2. quod est de *Decreto*, p. 14. initio, post illa verba, *sæpius; sed & alij*. dele tres lineas, usque ad, *Ac respondetur generaliter*. excluſ. — Et pag. 23. ante medium, post illa verba, *Vim possident legis*, dele 5. lineas, usque ad, *De qua re dicam*. excluſ. — P. 25. ad medium, post illa verba, *pro authenticis*, dele decē lineas, usque ad, *Tu verò nota*, excluſ. — Cap. 3. pag. 32. post initium, post illa verba, *reperiant citatos locos*, dele decem lineas, usq; ad *Sic gloſſæ*, *quæ*. excluſ. — Cap. 4. pagin. 36. ad finem, post illa verba, *dicetur de illis collectionibus*, expunge duo folia, usque ad initium pag. 41. post initium, usque ad illa verba, *An quæ cū certis*. excluſive. — Cap. 5. pag. 47. initio, post illa verba, *In Decretalibus sunt*, dele quindecim lineas, usque ad illa verba, *Etiā istæ legum inscriptiones* excluſ. — Pag. 48. initio, post illa verba, *Iurisdictionem laicalem*, dele 10. lineas, usque ad, *Aliud nūc tractandum*. excl. — Pag. 52. initio, post verba, *meis in responsis*, dele lineam, usque ad, *Ecce dicit Angelus*. excl. — Et paulò inferius; ad medium pag. post illa verba, *sunt & indubitatè*, dele sex lineas, usque ad, *Constitutiones Marchiæ*. excl. — In fine verò capitis, & paginæ 54. dele omnia, post illa verba, *tollatur Characterum*.

EIVSDEM *Disputatio de libris Iuris Civilis*. Hanoviæ 1605.

Post appositam libri initio auctoris, & operis notam. Ex cap. 2. pagin. 18 post medium, post illa verba, *Villæ sunt menda*, dele octo lineas, usque ad, *Et de his tamen*. excl. — Cap. 7. p. 66. ante medium, post illa verba, *Epiphanium Iunius*, dele novem lineas, usque ad, *Extra libros Dei possunt*. excluſ.

EIVSDEM *Disputatio de Latinitate Veteris Bibliorum versionis male accusata*. Hanoviæ 1606.

Affigenda titulo libri, *damnati auctoris, & permissionis* nota præscripta. — In præfatione Alberici ad Robertum F. in fine paginæ 5. post illa verba, *versionem tueor*, dele usque ad initium paginæ 6. usque ad illa verba, *Sed disceptatio*. excluſ. — Deinde, post octo lineas, & post illa verba, *primum de auctore*, dele quindecim lineas, usque ad illud, *Sed qui in volumine*. excluſ. — Pag. 31. ad finem, post illa verba, *Latinitate Bartolistarum*, dele usque ad initium pag. 32. *Nam quod nonnulli*. excluſ.

EIVSDEM *De Armis Romanis*, libri duo. Hanoviæ, apud Guilielmū Antoniū 1599. Et apud hæredes Guilielmi Antonij 1612.

Præfigenda in titulo libri, Nota auctoris damnati, & operis permissi. — Lib. 2. c. 1. pag. 91. linea 7. ante finem, dele vocem, *Monachos*. — Et similiter, pag. 92. post medium, dele *Monachi, id est, tenebriones*. — Cap. 2. pag. 113. ante medium, post illud, *Desides prospectassent*, dele usque ad, *Primum Iuris gentium*. excluſ. — Eodem cap. p. 120. post medium, post illa verba, *nec damnari oportere*, dele tres lineas, usque ad, *Si modo nomina rebus*. excluſ. — Cap. 4. pag. 148. ante medium, post illa verba, *Milesium Aristidem*, dele usque ad, *Nec potuit Scevola*. — Cap. 8. pagin. 188. ante finem, post illa verba, *Citas contrarium*, dele 9. lineas, usq; ad *Quid mihi de perfidia*. excluſ.

EIVSDEM in Titulos Codicis, *Si quis Imperatori maledixerit*, *Ad Legem Iuliam Maiestatis*, *Disputationes decem*. Hanoviæ 1607.

Præfigenda in ipsa libri facie, Nota consueta, auctoris damnati, & operis permissi. §. *Si ab iniuria*, pag. 19. ad finem, post illud, *scribunt latè*, dele usque ad, *Principes certè* excluſ. — Pag. 25. ad finem, post illa verba, *Generaliter ordinis eius*, dele usque ad finem sequentis pag. 26. *de iniuria in concionando*. excluſ.

Disputatione vero tertia, pag. 42. ad finem, post illa verba, *Accusare, nec revelare*, dele usque ad sequentis pag. 43. initium, ad illa verba, *Sed & hic in perduelle*. excluſ. — In §. *Cogitaverit*, pag. 68. ad finem, post illa, *etiam alibi trado*, dele usque ad initium sequentis, pagin. 69. *Primum peccatum est*, excluſ.

Disput. 5. ad medium, pag. 104. initio post illud, *Maiestatis à non subdito*, dele omnia usque ad finem disputationis.

Disput. 6. post medium pagin. 117. post illud, *Exemplis Ius poneretur*, dele duodecim lineas, usque ad, *Sed maneo cum*. excluſ. — Disput. 7. p. 147. linea quarta, & quinta à principio, dele, *Veluti Papistæ*.

EIVSDEM in Titulum Digestorum *De significatione Verborum*, Commentarius. Hanoviæ, apud hæredes Ioannis Aubrij. 1614.

Præfigenda nota damnati auctoris, & permissionis cum expurgatione. — Et pagin. 4. expungendum epigramma dedicatorium operis. — Pag. 33. linea 15. dele duas voces, *quamvis rideat*.

EIVSDEM, Liber de *Diversis temporum appellationibus*. Viteberge, ex officina Cratoniana 1586. & Hanoviæ, apud Guilielmum Antonium, 1607.

Post

Post præfixam notam Auctoris,& operis. — In epistola dedicatoria ad Ernestum,& Augustum,p. 2. quæ est 4. libri,de *pessimo Pontificorum facinore.* — Deinde, in eadem epistola,post folium pag. 6. post illa verba,*ut certè estis*,dele quatuor lineas, usque ad,*perinsignes non existimaremini*,excluſ. — Cap. 15. ad finem, p. 155. post illa verba 2.*Cent.* 1. *casu* 2. dele decem lineas, usque ad,*Cæterum ego*,excluſ.

EIVSDEM *De legationibus* libri tres. Hanoviæ,apud Guilielmum Antonium, 1594.& 1607.

Apposita nota auctoris damnati,& operis permissi. — Expungatur deinde, tota Epistola dedicatoria,cuius initiũ est,*Magnum Sydnæi*,*&c.* — Lib. 1. c. 3. pag. 9. post medium,& post illa verba, *in foro dixisset*, dele usque ad, *& Hispani à legato*, excluſ. —Cap. 7. pag. 21. ad medium, post illud, *Deorum transmiserint*, dele 6. lineas, usque ad,*Quod dicere habeo*,excluſ.—Lib. 2. c. 3. paulò ante finem p. 72. post illa verba,*Nulla causa est*,dele quinque lineas, usque ad initium sequẽtis pag. 73. ad illa verba,*Audivimus quod*,excluſ. Cap. 4. p. 75. ante medium,post illud,*Gallici comment. lib.* 1. dele duas lineas,usque ad,*Num quod Regem*,excluſ.—Et post quinque alias lineas,ubi dicitur,*ab Arioviſto Papa*,dele vocem, *Papa.* — Cap. 7. pag. 82. paulò post capitis initium,post illud,*à quibus defecerunt*,dele ferè duas paginas,usque ad medium pag. 90. & ad illa verba, *Ego autem, nec Tyranno*, excluſ.—Cap. 11. pag. 106. post medium, post illa verba, *Nota hæc sunt omnia*, dele paginam cum dimidiata,usque ad initium p. 108. *Iam in altera quæstione*, excluſ. — Cap. 18. post medium pag. 133. ante medium.*novas necavit*,dele tres lineas,usque ad,*Dimittendum legatum*, excluſ. — Lib. 3. c. 9. ad initium pag. 185. post illa verba, *Rerum usus perducat*,dele usque ad post initium sequentis pag. 186. ante illa verba, *Cæterum hæc disceptatio.*

EIVSDEM *Conditionum*,liber 1. Londini excudebat Ioannes Vvolfius 1587.

Præfigenda in prima libri facie,sua nota auctoris damnati,& operis permissi.— Præcidenda vero tota dedicatoria,epistola ad Ioannem Pierceum, cuius initium, *Accipe Vir Reverendissime.*

EIVSDEM *Disputationum*, Decas prima. Londini excudebat Ioannes Wolphius 1587.

Præfigẽda Nota solita.—Deinde præcidenda Dedicatoria epistola ad Franc. Valsingamum,cum honorifica inscriptione. Cuius initium *Quanta illa sit.* — Disputat. 2. pag. 28. in fine,post illud, *Velle suffecisset*, dele usque ad,*Non quæro*,excluſ.

EIVSDEM *Disputationes duæ*,prima, *de Actoribus*, *& Spectatoribus fabularum non notandis*, secunda *de Abusu mendacij*. Hanoviæ,apud Guilielmum Antonium 1599.

In prima libri facie, præfigenda solita Nota auctoris,& operis permissi.—Ex p. 3. usque ad 5. expungenda epistola dedicatoria,cum inscriptione,cuius initium.*Quæ prodit nunc.* — Cap. 6. p. 28. à medio, post illud,*à Caleno fuit*,dele lineas viginti quatuor,usque ad post sequẽtis p. 29. initium, *Pergo verò*,excluſ.—Cap. 7. post initium p. 31. delendum usque ad finem paginæ, & cum citatione Marginali *Bezæ*,usque p. sequentis 32. initium, *Ea Gangrensis*, excluſ. —Item in fine eiusdem paginę,linea ante penultima,dele duas voculas,*Quod & Synodi.*—Et eodem c. p. 33. ad finem,post illa verba,*Capere dictam legem*,dele quatuor lineas,usque ad initium p. 34. *Nostram legem Hebræi*,excluſ.—Cap. 8. p. 36. ad initium,post illa verba, *liberorum facta Idolis*, dele septem lineas,usque ad,*Simulatio,dissimulatio*,excluſ.—Cap. 10. p. 45. ante medium,dele hæc verba, *Contra quam omnes faciunt Theologi.* — Cap. 13. fol. 57. ante medium,post illa verba,*Prolata sunt nobis*, dele 12 lineas,usque ad *Distinguenda tempora*,excluſ. — Cap. 22. p. 112. ad finem, post illud,*Sacrorum sunt Librorum*, dele 3. lineas, usque ad initium sequentis p. 113. *imò apagete vos*,excluſ.—Pag. eadẽ ad mediũ,post illa verba,*Ridiculos Deos ridebant*, dele quindecim lineas eiusdem paginę,itẽ alias duodecim continetes sequentis pag. 114. usque ad,*Cur improbavi alicui*, excl.

Disputatio verò secunda,*De abusu mendacij*,quæ incipit,*Scripsi ego*, & continetur capitibus viginti,cum Epistola dedicatoria,ipsa etiam epistolæ inscriptione,*Illustrissimo*, *& Reverendissimo Viro*, &c abolenda prorsus.

EIVSDEM ad Tit. C. *de Maleficis*,*& Mathematicis*,*& cæteris similibus*, Commentarius.—Item commentatio ad L. III. C. *de Professoribus*, *& Medic.* Hanoviæ, apud Guilielmum Antonium 1604.

Præfigenda Nota solita.—Et expungenda Epistola dedicatoria,cum inscriptione, quæ incipit, *Si quantum est hominibus.*— Ad L. 4. pag. 42. ante medium, post illa verba,

NDICES
Librorum
ROHIBITORŪ
E. V.
z 4.

verba, *Ioseph. lib. 8. antiquit.* dele quinque lineas, usque ad, *Illi autem impostores*, exclusive. — Ad L. 3. C. *de Professoribus, & Medicis*, pag. 102. ad medium, post illa verba, *Amant isti otia & secessus*, dele quatuordecim lineas, usque ad, *Quid ergo*, exclus.

EIVSDEM *Lectionis Virgilianæ variæ Liber.* Hanoviæ, apud Guilielmum Antonium, anno 1603,

Inurenda initio libri Nota, auctoris dānati, & operis cum expurgatione permissi. —Cap. 9. p. 99. ad finē, post illa verba, *Veluti à Catharro*, dele lineas quinque, & quatuor alias sequentis paginæ 100. usque ad, *vino aluntur vites*, excl. —Cap. 13. pag. 118. ad medium, post illa verba, *se incessurum nudum*, usque ad, *ido lolatrarum ludi*, exclus. —Cap. 16. pag. 154. post illa verba, *non ineptè potuerit*, dele octo lineas, usque ad, *Atque sic scribendum*, exclus.

EIVSDEM *de Iure belli, Libri 3.* Hanovię excudebat Guilielmus Antonius 1608.

Post adhibitam notam libri 1. c. 3. pag. 25. ante medium, post illa verba, *rationis in armis*, dele sedecim lineas, usque ad; *Hoc sit ius*, exclus.

In eodem capite p. 28. ad finem, post illa verba, *Hæreditatibus observari*, dele paginam totam cum dimidia, usque ad initium sequētis pag. 30. & ad illa verba, *Atque simillimum est*, exclus. —Cap. 4. p. 39. ad finem, post illa verba, *& cum nomine rem*, dele, usque ad finem capitis, & initium c. 3. —Cap. 8. p. 58. post initium, post illa verba, *esse tum hæreticos*, dele usq; ad finē capitis: —& item integrum Caput nonum, usque ad initium capitis 10. in p. 66. — Cap. 10. p. 68. ad medium, post illa verba, *principatus unius sunt*, dele usque ad medium sequētis pag. 69. excl. ad illa, *Sed omnisque.* — Deinde in p. 71. ante mediū, post illa verba, *in regno suo unam*, dele duas integras paginas, usque ad pag. 74. paulò ante finē, ad illa verba, *Feret malas ad*, exclus. — Et p. 77. paulò ante finem, post illa verba, *Necessario exagitantur*, dele lineam usque ad illa, *Sed hic mihi simile*, exclus. —Cap. 12. ad finem capitis, & initium paginæ, dele, *non est bellum propter Religionem*, & extrema verba, *Silete Theologi in munere alieno.* — Cap. 14. post medium. p. 103. ante medium, post illa verba, *quod quærimus gentium*, dele usque ad, *obsistendum igitur.* — Et eodem capite p. 104. paulò post initium, post illa verba, *apud Dionysium*, dele quatuor lineas, usque ad, *& pergrave est*, exclus. — Cap. 16. paulò ante finem, p. 124. paulò à principio, *ut antea quoque dictum est*, dele paginam integram, ad lineas usque novem sequentis p. 125. ad illa verba, *Ad vicinorum interest*, exclus. —Et ad finem capitis, pag. 127. post illa verba, *vicinum me moveam*, dele reliquum capitis. —Cap. 19. ad mediū, pag. 144. paulò à principio, post illa verba, *alios à commercio*, dele novem lineas, usque ad, *Vnde & Castellanis*, exclus. — Cap. 21. ante medium p. 163. ad finem post illa verba, *detrimento regni*, dele tres lineas, usque ad, *etiam facere pergunt*, exclus. — Cap. 25. ante medium, p. 200. ad medium, post illa verba, *Sacrificia isthæc*, &c. dele novemdecim lineas, usque ad initium paginæ sequentis 201. *Quæ de victis*, exclus. — Lib. 2. c. 5. ante medium capitis, p. 242. initio, post illa verba. *quod quærimus*, dele tres lineas, usque ad, *In his autem*, exclus. — Et in eodem capite p. 246. ad mediū, post illa verba, *mendacia iniustissima*, dele reliquum capitis, usque ad pag. 249. exclus. Cap. 8. ante medium, pag. 274. post mediū, post illa verba, *In Castris non liceat*, dele decem lineas, usque ad illa; *Affectus Iudithæ*, exclus. —Et sequente p. 275. post quatuor lineas à principio, dele, *Et neque hæc tamen laudātur, neque præter affectum aliud quicquam.* — Cap. 15. ante medium p. 330. ipso initio, post illa verba *Alciatus secutus est*, dele tres lineas usque ad, *Et videtur ergo*, exclusive. — Cap. 17. ante medium p. 360. linea secunda à principio, post illud verbum *Stratagematis*, dele, *& mendaciis.* — Cap. 19. ad finem pag. 431. ante medium, dele, *Sed neque mihi curæ lex Concilij.* —Cap. 23. paulò post initium, pag 443. post medium, post illa verba, *non placet*, dele usque ad, *ut inquit Aristoteles*, exclus. — Et in eodem cap. pag. 446. initio, post illa verba, *templa violant*, dele sex lineas, usque ad illa, *Iosephus in antiquitatibus*, exclus. — Lib. 3. c. 4. p. 496. post medium, post illa verba, *Non concupiscendo, sed vindicando*, dele sex lineas, usque ad illa, *Romanorum Imperium.* — Cap. 8. post medium paginæ 529. ante medium, post illa verba, *bellico huic viro*, dele sex lineas, usque ad, *Simplices probari*, exclus. — Cap. 9. ante medium p. 541. paulò ab initio, post, *diversæ Religionis homines*, dele duas lineas, usque ad, *quando nec tam multi*, exclus. —Cap. eodem, post medium, pag. 542. ad finem, post illa verba, *benè, & verè*, dele novem lineas usque ad p. 543. post initiū, & illa verba, *Quid porrò*, exclus.

excluſ. — Cap. 11. quod eſt, *De Religionis mutatione* p. 544. totum expungendum, uſque ad paginam 570. ubi incipit Cap. 12. *Si utile cum honeſto pugnet.* — Eodem lib. cap. 13. ante medium p. 580. ante medium, poſt, *& pœnitentiam volunt*, dele viginti lineas, uſque ad initium ſequentis pag. 581. & illa verba, *Age quid affinitas*, excluſivè. — Cap. 15. poſt medium, pag. 610. ad finem, poſt illa verba, *donare poteſt*, dele uſque ad finem ſequentis pag. 611. in illis verbis, *non poteſt Rex*, excluſ. — Et pag. 613. paulò poſt initium, poſt illa verba, *à Scriptura Sacra*, dele 2. lineas, cum marginali allegatione, ad illud, *Sed neque licuit*, excluſ. — Et in eodem capite paulò ante finem pag. 614. poſt medium, & poſt illa verba, *Turpis fortuna ſervi*, dele uſque ad finem capitis in p. 615. — Cap. 18. ante medium pag. 637. ad initium, poſt illa verba, *propter alia regna*, dele quinque lineas, uſq; ad, *Nunc quæro.* — Cap. 19. p. 649. ad finẽ, dele, *quidquid magni Bibliorum Interpretes aliter cenſeant.* — Eodẽ capite ante mediũ p. 655. poſt illa verba, *cenſum populi*, dele quatuor lineas, uſque ad, *Tertiũ Acazi.* — Et poſt duo folia, p. 658. ante mediũ, dele, *Quod adhuc nota pro Religione victis non immutanda.* — Et ſequenti pag. 659. ad finẽ, poſt illa verba, *Inſcrutabile Dei iudicium*, dele tres lineas, uſque ad, *Etſi pax fieri* excluſ. — Et paulò ante finem eiuſdem capitis p. 661. ad medium dele, *quidquid æquitatem laudent Theologi.* — Et dele extremas quindecim capitis lineas, poſt illa verba, *Europæ profuderunt.* — Cap. 24. poſt medium, pag. 709. paulò ante finem, dele, *quanquam Carolus Molinæus*, cum citatione marginali.

Eivsdem *Hiſpanicæ Advocationis*, libri duo. Hanoviæ, apud hæredes Guilielmi Antonij 1612.

Poſt præfixam libri initio notam, Auctoris dãnati, & operis cum expurgatione permiſſi, ex Epiſtola dedicatoria, quæ eſt Scipionis Gentilis, & incipit, *Quod frater meus*, poſt verba illa ad finem pag. 2. *magnæ Britanniæ*, dele ſequentia, uſque ad finem epiſtolæ. — Poëmata præterea omnia, uſque ad ingreſſum cap. 1. — Ex lib. 1. c. 20. pag. 79. ad finem poſt illa verba, *Reginæ Eliſabethæ*, dele totam ſequentem paginam 80. uſque ad initium paginæ 81. & illa verba, *Ad rationem illarum*, excluſ.

Eivsdem *Regales Diſputationes tres.* Hanoviæ, apud Guilielmum Anton. 1605.

Præfigenda in prima libri facie, ſolita auctoris, & operis nota. — Fol. verò ſequenti, poſt *Franciæ, & Hiberniæ*, dele, *Fidei defenſori.* — Fol. 3. ubi incipit, *Diſputatio prima de poteſtate Regis abſoluta*, expungenda prorſus novemdecim folia, quibus diſputatio conſtat, uſque ad pag. 41.

Ex Diſputatione verò ſecunda, quæ eſt, *De unione Regnorum Britanniæ*, pag. 50. ante medium, poſt illa verba, *vulgare honores*, dele ſex lineas uſque ad, *Papa etiam Regibus*, excluſivè. — Et pag. 52. ad medium poſt illa verba, *Subditos argumententur*, dele decem lineas, uſque ad, *etiam illæ ſeptemdecim*, excluſive. — Pag. 53. ad finem poſt, *Valeant terræ*, dele duas lineas uſque ad *Illi niſi potenter*, excluſ. — Et pag. 58. dele duas priores lineas, uſque ad, *Aiunt Condinum*, excluſ. — Pag. 66. ad finem, poſt, *digni ſatis*, dele duas extremas lineas, & primam etiam ſequentis paginæ 67. uſque ad *At in eo*, excluſive. — Pag. 68. linea 3. ab initio, poſt, *dico diverſum ius*, dele ſex lineas uſque ad, *Neſcis ubi me*, excluſive. — Pag. 69. linea 4. ab initio, poſt illud, *Vnienda Eccleſias*, dele, *Cuius tamen poteſtas minor eſt, quam hic Regis.* — Pag. 93. poſt medium, & poſt *de iſtis prædictoribus*, dele ſex lineas, uſque ad, *Sed non ſunt omnia.* — Pag. 97. ad medium, poſt illud, *poteſtate non eſt*, dele decem lineas, uſque ad illud, *Adde unum*, excluſive.

Diſputatio tertia, *De Vi ciuium in Regem ſemper iniuſta*, quæ continetur ſedecim folijs à pagina 99. uſque ad paginam 132. tota expungenda.

Eivsdem *Diſputationum de Nuptijs*, Libri ſeptem, prorſus, & perpetuo interdicuntur.

Albertvs Blarerus.

Philol. Tigurin. & Poeta, Luthero-Zuing. qui Gnomas Pſalmodicas Diſtichis expreſsit. Tygu. apud Ioa. Wolph. 1593.

Albertvs Brandeburgenſis.

Luther. Marchio videlicet, & Dux Pruſſę, qui Librum ſcripſit de cauſa Andreæ Oſiandri, de *Cauſa iuſtificationis noſtræ.*

Albertvs Draco.

Germanus, Luther. qui tranſtulit ex ſacris & profanis, *De uſufructu, & ſanctitate Matrimonij*, multa in linguam Germanicam. Marpurgi 1546.

Alber-

NDICES
Librorum
ROHIBITORŪ
E. V.
24.

ALBERTVS Graverus.

Seu, *Grauverus*, seu *Gravierus*. Theologus, Luther. qui scribebat *De Religionis controversijs*. Marpurgi 1606. & Ienæ 1609.

ALBERTVS Handembergius.

ALBERTVS Iosuel Hunepoeus.

ALBERTVS Leoninus.

Theolog. Calvino-Zuingl. alius, *ab Elberto Leonino*, Iuris C. ille enim primus scribebat in Apocal. Amstelod. 1608. Antuerp. 1603.

ALBERTVS Loinerus.

Theol. Calvinianus, aut Calvino-Zuingl.

ALBERTVS Lonicerus.

Seu, *Leonicerus*. Theolog. & Astronom. Luther. August. Confess. eius omnia prohib.

ALBERTVS Lyttichius.

Theol. & Philos. Luth. August. Confess. qui totus fuit in Luthero, & Melancthone.

Eivs *Compendium*, Græcę Grammaticę Lipsi. 1577. permittitur adhibita nota auctoris damnati, & operis permissi.

Cæterum omnia eius opera Theologica. & quæ excudebantur Lipsiæ 1574. & 1605. perpetuo interdicuntur.

ALBERTVS Raymarus.

Seu *Reimarus*. German. Theologus, Luther. August. Confess. edebat scripta Tubing. 1604.

ALBERTVS Wichgrevus.

Germanus Poeta, & Historicus, Luth. omnia eius opera

ALBOHAZEN Haly.

Filius Aben Ragel.

Eivs liber, de iudicijs Astrorum Venetijs, apud Erhardum Ratdolt 1485. prohibetur.

ALBVMASAR Arabs.

Aliàs, *Iaphar*.

Eivs opuscula, quæ ad iudiciariam prohibitam spectant, lib. 8. de *Magnis coniunctionibus, annorum revolutionibus, ac eorum profectionibus*. Augustæ Vindelic. 1489. — Eiusdem, Flores *Astrologiæ* ibidem excussi 1488. prohib.

Eivs verò liber Physicus, & Medicus, de *Mutatione Aëris*, permittitur apposita nota auctori & operi.

ALCÆVS Antonius.

ALEXANDER Alesius.

Seu, *Alexius* (longè alius ab *Alexandro Halensi*, D. Thomæ præceptore) Theolog. Luther. Augustanę Confessionis; natione Scotus, in Saxonia profugus; multa edidit adversus Ecclesiam Catholicam, Argentinæ, Francof. Lipsiæ, Genevæ.

ALEXANDER Fabricius.

Seu *Carpentarius* Anglus.

Scripsit contra iustas hæreticorum pœnas.

ALEXANDER Novellus.

ALEXANDER Seton.

Scot. Luther. patria Londin. profugus; rediens autem in Patriam, anno 1541. coactus est retractare Hęresim Lutheranā *De iustificatione per fidem*, per Gardinerum, & Bonerū Episcopos Catholicos.

ALEXIVS Alexander.
Lipsens. Luth.

ALEXIVS Brenicerus.

ALPHONS. Æmil. Chennicensis.

ALPHONSVS Corradius.

Seu, *Conradus Alphonsus Mantuanus*, Theolog. Calvino-Zuing. Scribebat in Apoc. Basil. 1574.

AMANDVS Curiovellanus.
Philologus.

AMANDVS Polonus à Polansdorff.

Seu, *Polanus*, German. Theolog. Lutheran. Calvino-Zuingl. Scribebat multa Theologica in scripturam, & controversias, & cōtra Cardinalē Bellarminum, Basileę 1597. & alia Genevæ 1517. & Basileæ 1600. 1602. 1607. perpetuo prohibita.

AMBROSIVS Braulerus.

Seu, *Blaurerus*, seu, *Blarerus*. German. Constantiensis ad lacum Acronium, Minister Lutheranus, concionabatur Bernæ ad ann. 1560.

AM-

AMBROSIVS Interbocensis.

German. Lutheranus: eius quædá Oratio simul cum Melanchthonis declamationibus impressa Argentinæ prohib.

AMBROSIVS Lobvvasser.

Seu *Lobyvasser*. Germ. Sneebergensis. I.C. & Poëta vulgaris; scribebat, & edebat scripta iam inde ab anno 1549.

AMBROSIVS Moibanus.

Parochus Vratislavienſis, Theol. Luther. & Melanchthoni addictus, vulgabat scripta Wittembergæ 1538.

AMBROSIVS Papen.

AMBROSIVS Reudenius.

Seu *Deudenius*. Germ. & Professor in Academia Ienensi, Theologus, Lutheranus Augustanæ confessionis: scribebat ab ann. 1580. usque ad 1603. Ienæ & Amburgi.

Eivs opera, quæ de religione tractant, sicut sunt perpetuo prohibita; ita Philologica, quæ de Religione non tractant, quala sunt, *Compendium Grammaticæ Hebreæ*. Wittemberg. 1586. — Libellus *de Philosophia*, ex Aristotele collectus. Ienæ 1580. — Oratio, *De personarum Academicarum officio*, permittuntur adhibita nota Auctori & operi.

AMBROSIVS Rhodius.

Phil. & Medic.

AMBROSIVS Schurer.

I. C. German. Lutheranus: scripsit Latinè, & Germanicè, *De Hæreditatibus*, quæ ab intestato deferuntur, Lipsiæ 1584. & 1595. opus, & si quid aliud scripsit, prohibitum.

AMBROSIVS Wolphius.

Seu *Wolfius*, Theol. Luther. August. confessionis, &, item Zuinglianus, & Calv. scribebat Genevæ 1579.

ANDREAS Altameri.

Seu, *Altameras*, seu, *Andreas Althamerus Brentius*. Theol. August. confess. Luth.

Elvs *Sylva Biblicorum nominum*, qua propria vocabula, quorum in sacris Biblijs fit mentio; explicantur. Norib. 1530. Basil. apud Thomam Wolphium 1535. 1538. permittitur, cum sequenti tamen expurgatione.

Initio adscribenda nota damnati auctoris, & operis cum expurgatione permissi. — In Præfat. p. 4. lin. 5. post illud, *inter nostros vero*, dele sequentia usque ad, *Plures*, excl. — P. 6. §. *libenter* post medium, dele, *aliis nescio*, usque ad, *qui universi*. excl. — Et p. 7. lin. 5. dele, *sacrilegas*. — Et in fine eiusdem p. §. *Valc.* dele, *qui conservet*, usque ad, *Ipse Dominus*, exclus. — Et p. 8. dele §. *Commendo me ipsum*, usque ad finem. — In *Athasia*, dele, *à Iehu*. — Et in §. *Fiat*, dele, *At post*, usque ad, *Confectus*.

Abolendum *Martini Lutheri* nomen, & quidquid ad eius commendationē faciat, ubicumque occurrerit, præsertim in, *Assedoch*, in *Avim*, cum tota ibi parenthesi. In *Baal Peor*, in *Beth Rimon*, in *Elle Kela*, & hic dele usque ad, *Emek Bereka*, in *Haderach*, & hic dele usque ad, *Hieronymus*. — In *Iesimuch*, & hic dele usque ad *Iesbi*. — In *Magala*. — In *Teraphin*, ubi etiam dele *à M. Luth.* usque ad, *ex Hoseæ*, & mox dele, *probat*. — Denique in *Zaphnath*.

Ænead. 7. Lib. 7. ubi *de Valeriano* 32. *Imper.* pag. 272. à medio poſt illa verba, *Imperantibus, martyrio afficitur*, dele 3. lin. uſq; ad, *Lucius Pontifex*, excl. — Ænead. 9. Lib. 1. pag. 469. ad fin. ubi *de Ioannis Scoticæ*, poſt illa verba, *Pontificatus anno* 8. dele uſque ad decimam lineam pag. 470. ſequentis, ad illa verba, *Platina qui parum*, excluſ. — Et lin. 15. à principio, ubi legitur, *Ioannis huius Pontificatu*, ſcribe, *Leonis huius*, &c. — Et poſt 5. alias lineas, ubi legitur, *Benedictus Pontifex Ioanni*, lege, *Leoni*, &c. — Eodem libro pag. 475. in medio ubi de *Stephano VI. Pontifice*, poſt illa verba, *Omnia reſciderit acta*, dele 8. lin. uſq; ad, *Stephano VI. Pontifice*, excl. — Et poſt alias 6. lineas, & poſt illa verba, *Pro irritis habuit*, dele uſque ad, *Tenuit is ſedem*, excl. — Et pag. 476. lin. 2. dele, *Fædo, & impio.* — Lin. 13. à principio, poſt illa verba, *Creatus fuerat ſecundo*, dele 2. lineas, uſque ad, *Huic defuncto*, excl. — Et poſt mediũ eiuſdem paginæ, lin. 15. ab initio, dele *Priorum Pontificum culpa*, &, *ut iam ludibrio eſſet ſordidiſſimo cuique.*

Lib. 2. pag. 484. in medio, ubi de *Ioanne XII.* dele, *Homo ab adoleſcentia omnibus probris coopertus.* — Et lin. 16. à fine, poſt illa verba, *Ad illum literas dedêre*, dele duas lineas, uſque ad, *Otho ſæva*, excl. — Et pag. 488. ubi de *Bonifacio VII.* Linea 17. ab initio, dele, *Malis artibus*, & ſtatim dele, *Siquidem male parta, male dilabuntur*, cum aliis ſequentibus duodecim lineis, uſque ad, *Fuit Pontifex Bonifacius*, excluſ. — Et ſequenti pag. 489. poſt medium, *in Ioanne XV.* poſt illa verba, *Huius nominis quintus decimus*, dele duas lineas, uſque ad, *Eſt huius Pontificatu*, excluſ.

Ad finem Æneadis undecimæ, poſt pag. 820. ſequitur *Synopſis Gaſparis Hedionis*, quæ tota eſt expungenda, poſtquam ſequuntur, *Decem Libri Exemplorum*, qui annectuntur huic 2. Tomo.

Ex Lib. 4. *Exemplorum*, cap. 7. pag. 56. Titulo *de Petro Apoſtolo*, dele integrum, per 5. lineas, uſque ad Titulum *de Alphonſo*, excluſ. — Et Lib. 6. cap. 3. pag. 86. Titulo, *de Attila Rege*, dele, *Non quia è Cælo ſit hominibus mali aliquid.*

Alij verò decem Libri *Exemplorum variorum*, continentur tomo 4. operum eiuſdem Sabellici, in quibus nihil videtur corrigendum.

Antonivs Torquatus.

Eivs *Prognoſticon*, de maximis mutationibus Regnorum, & de everſione Europæ. Antuerpiæ 1552. ſeu ex quacumque alia editione, ſivè Latina, ſivè vulgari, omnino prohib.

Archandam, ſeu *Archandum.*

Seu, *Alexandrinus Aſtrologus.*

Eivs Liber, *De veritatibus, & prædictionibus Aſtrologiæ*, & præcipuè *Nativitatum.* Pariſ. 1542. prohib.

INDICES Librorum PROHIBITORŨ E. V. 24.

ARCHANGELVS Burgonovenſis.

EIVS *Cabaliſtarum ſelectiora dogmata*, à Ioanne Pico ex eorum commentationibus excerpta, luculenter illuſtrata, Venetijs 1569. prohibetur.

ARNALDVS de Villanova.

EIVS Opera iuxta editionem *Lugduni* 1520. ut notatur ad finem operum. Ex quibus *Reijciantur ſequentes Tractatus.* Fol. 215. Tract. inſcriptus, *Remedia contra maleficia*, cuius initium eſt, *Sunt quidam, qui maleficiis.* — Fol. 290. Tract. cui titulus eſt, *Expoſitiones viſionum, quæ fiunt in ſomnijs*, incipit, *Philoſophantes antiquos.* — Fol. 293. Tract. qui inſcribitur, *Capitula Aſtrologiæ*, *De iudicijs infirmitatum*, vel, *De iudicijs Aſtronomiæ*, cuius initium eſt, *Circa ſigna univerſalia.* — Fol. 296. Liber inſcriptus, *Theſaurus Theſaurorum*, *Roſarius Philoſophorum*, incipit, *Iſte namque Liber vocatur Roſarius.* Circumfertur cũ *Artis auriferæ*, quam Chimiam vocant, volumine 2. & cum Philippi *Cælo Philoſophorum.* — Fol. 300. Tractatus inſcriptus, *Novum lumen*, cuius initium eſt, *Intellige ergo dictum Philoſophi.* — Fol. 301. Tract. *De Sigillis*, incipit, *In nomine vivi Patris.* — Fol. 302. Liber inſcriptus, *Perfectum magiſterium*, vel, *Flos Florum*, cuius initium eſt, *Scias chariſſimè*, & circunferri, ſolet, cum, *Theatro Chimico.*

IN S. ATHANASII Opera, à Sectariis vitiata.

Indices trium editionum operum S. Athanaſij, videlicet Baſileenſis 1564. — Et Commelini Græco-Latina 1601. — Et Pariſijs apud Claudium Chappletum 1608. Quæ autem, in his editionibus, notantur, & emendantur, in aliis etiam editionibus, ſi fortè invenientur, ſimiliter notanda, & corrigenda ſunt. Nam etiam Athanaſij opera ſunt Pariſiis excuſa, 1572. Et Pariſ. apud Sonnium 1608. & alibi fortè.

EX EDITIONE BASILEÆ 1564. APVD FROBEN.

In Elencho Opuſculorum, qui eſt ad paginam primam ad finẽ, ubi legitur, *Wolfgango Muſculo interprete*, adde, *Auctore damnato, verſio tamen permiſſa.* Et ſimiliter tomo 4. in ipſo titulo.

IN INDICE DELE SEQVENTIA. — *Adorari ſolius Dei eſſe.* — *Imagines tollendas eſſe, teſtimonia.*

EX EDITIONE GRÆCO-LATINA, EX officina Commeliniana, 1601.

Tom. 1. Deleatur tota Epiſtola dedicatoria, quæ incipit, *Si qui ſunt Auctores*, cum ſuo titulo.

IN INDICE DELENDA SEQVENTIA.

Adami, & Evæ ſtatus) dele, *extrinſecus habuit gratiam, non in ſuo corpore.* — *Adorari ſolius Dei eſt, nullius autem*, &c. — Angeli non ſunt) dele, *Non ſunt adorandi. Non petendum quid ab eis.* — *Angeli non ſunt invocandi.* — Chriſtus non alius) dele, *adoratur ſolus*, — *Corpus Chriſti cibus non corporalis, ſed ſpiritualis.* — Creatura omnis) dele, *nulla adoranda, nulla invocanda, Immò eã adorare Arianorum, & Ethnicorum ſit.* — *De Deo extra Scripturas non loquendum.* — *Dulia & Latria pro eodem.* — *Epiſcopi Cæſarem*, &c. — *Epiſcopis à Cæſare non conceditur*, &c. — *Epiſcopis abſque Imperatoris conſenſu*, &c. — *Nec ab Eccleſijs ſuis abeſſe.* — *Ad Epiſcopos olim politica*, &c. — *De Epiſcopis Imperatores*, &c. — *Epiſcopis fas non eſt regnare in politia.* — *Fideles unum corpus, propter Chriſtum*, &c. — *Hinc, & Chriſtophori*, &c. *Coniunguntur cum Deo*, &c. — *Fidelis in fide confirmatus poteſt*, &c. — *Fides peccata hominum, & lapſus*, &c. — Gratiam) dele, *nec ob eam impetrandam invocanda, Hæreſes à fidelibus*, &c. Hęreſes ſunt) dele, *Sunt manifeſtæ omnibus, & quomodo*, — *Idololatria eſt, Deum corporalibus*, &c. — *Ieiunium fruſtra obſervatur*, &c. — *Imperatores etiam hæretici*, &c. — *Imperatori etiam hæretico*, &c. — *Imperatori etiam hæretico non*, &c. — *Imperatores etiam de Epiſcoporum*, &c. — *Imperatores poſſunt Epiſcopos*, &c. — *Invocatio nec Angelis, nec ullæ creaturæ competit.* — *Iuſtificatio fit per fidem.* — *Iuſtificati quidã lege*, &c. — *Lege naturali quidam*, &c. — *Magiſtratui etiam hæretico*, &c. — Preces ex fide) dele, *ad nullam creaturam dirigendæ, nec ad Angelos quidem.* — *Religionis cognitio non indiget*, &c. — Roma Thronus) dele, *Metropolis Romanæ.* — *De Rom. Epiſcopi iudicio Synodus*, &c. — *Rom. Epiſcopus Synodi univerſalis* &c. — *Sancti non ſunt adorandi. Non invocandi.* — *Scriptura Sacra ſufficit ad ve-*

veritatis, &c. — *Scriptura sacra sufficit ad plenam*, &c. — *Scriptura sacra ita clara est, ut quisque*, &c. — *Scripturæ Sacræ etiam plebi, & magistratibus cognoscendæ.* — *Extra Scripturas, quæ sunt nec loquenda, nec audienda.* — *Extra Scripturas sacras de Deo non loquendum, Neque quicquam ulterius inquirendum.* — *Scrutari de Deo extra Scripturas est prohibitum. Synodorum decreta Papa irrita facere nequit.* — *A Synodo licet provocare*, &c.

Tomo secundo, aversa pagina, post primã Operis inscriptionẽ, in Elencho Opusculorum divi Athanasij, col. 1. ad finem, post illud, *Dialogi V. de Trinitate*, dele usque ad, *Quorum secundus*, excl. — Pag. 137. in titulo, *Athanasij Dialogi*, &c. post illud, *de sancta Trinitate*, dele usq; ad finem Tituli. Deinde præcidatur tota immediatè subsequens Præfatio, quæ incipit, *Quinque istorum*, &c.

Dialogo 1. pag. 138. colum. 1. in titulo, *S. Patris nostri*, &c. post vocem, *Arrianista*, dele usque ad vocẽ eiusdem tituli, *ANOMOEVS*, excl. — Idem fiat in titulo Dialogi 2. pag. 159. column. 1. — Dialogo 3. pag. 179. col. 1. in titulo, *S. Patris nostri*, post illud, *Adversus Orthodoxum*, dele usque ad vocem eiusdem tituli, *MACEDONIVS*, excl. — Dialogo 4. pag. 202. colum. 1. in titul. *S. Patris nostri*, post illud, *sectatore colloquutio*, dele usque ad vocem eiusdem tituli, *ORTHODOXVS*; excl. — Dialogo 5. pag. 210. col. 1. in titulo, *Dialogus Quintus*, post illud, *Gregorij Episcopi*, dele usque ad vocem eiusdem tituli, *APOLINARIS*, excl.

In Indice sequentia deleantvr.

A. *Adoratio cultus est soli Deo vero debitus. Non Angelis deferendus. Non hominibus.* — *Adorari non debet, quod non est eiusdem naturæ cum Deo.* — *Angeli non sunt adorandi.* — *Animæ iustorum nondũ sunt in regno cælorum.*

Apochryphi non sunt Sapientia, Sirach, &c.) dele, *Licèt non sint canonici.*

Athanasius Catholicus) dele, *Episcopus Oecumenicus.*

C. *Canonici libri soli legendi, & cur?* — *Canonici libri soli sunt fontes salutares, & pietatis scholæ. Soli sunt fidei anchoræ, & fulcimenta. Sufficiunt ad cognitionem Dei.* — Christus etiam) dele, *Iustificat nos gratia sua, non ex operibus.* — *De Christo qui docet præter ea, quæ scripta sunt in Scripturis divinis, anathema.* — *Concupiscentia iustorum omnis bona.* — *Coniugium non est modus honorabilis, & purus propagandi genus humanum.* — *Cõiugia consobrinorum legitima.* — *Coniugio libero utens ad sobolis propagationem in iuventute beatus.* — *Consobrinorum coniugia sunt legitima.*

D. *Damnati iuvantur orationibus, & oblationibus viventium.*

E. *Ecclesiæ fundamentum est solus Christus*, dele, *solus.* — *In Ecclesijs funditur vinum, sivè*, &c.

G. *Gratia Christi salvat nos per fidem, non per bona opera.*

I. *Imagines adorantur, non ut*, &c. — Incruenti Sacrificij oblatio prodest mortuis) dele, *etiam damnatis.* — *Iustitia Christi imputatur nobis.* — *Iustorum animæ nondum sunt*, &c.

L. Liberum arbitrium) dele, *sufficit per se solum ad bona opera præstanda.*

M. *Martyrum corpora non servanda*, &c.

O. *Oecumenicus Episcopus est Alexandrinus. Operibus non iustificamur.*

P. Peccata omnia per pœnitentiam) dele, *Item humilitate.*

S. Sacrificij incruenti) dele, *prodest etiam animabus damnatorum.* — *Sancti nondũ sunt in regno cælorum*, &c. — *Sanctorum quorumque corpora non*, &c. — *Scortatio gravissimum omnium peccatorum.* — *Extra Scripturas de Fide quærens, aut investigans, ludit.* — *Extra Scripturas de Christo docens anathema.* — *Extra Scripturas de Deo nihil investigandum.* — *Succedere Apostolis non in throno, & cathedra consistit, sed in doctrina, & vita.*

T. *Tobiæ liber non est canonicus, permissus tamen in veteri Ecclesia legi ipsis Catechumenis.*

Ex Editione Parisiis apvd Clavdium Chappletum 1608.

In Indice dele sequentia. — *Angeli se creaturas esse nequaquam adorandas cognoscunt.* — *Angeli non sunt adorandi.* — *Corporis peccatum omnium gravius est.* — *Creaturæ sunt Angeli, & nequaquam adorandæ.* — *Crux execrabilis.* — *Imagines Sanctorum memoriæ tantum, & recordationis gratia effinguntur.* — *Imagines Christiani non adorant.* — *Scripturæ Sacræ per se sufficiũt ad veritatis indicationẽ*

INDICES
Librorum
PROHIBITORŪ
E. V.
24.

Quia tamen antiquiores aliæ editiones quamvis minus depravatæ, nõ nihil tamẽ Labis in Indicibus habent, expurgandæ quoque sunt; Parisiensis editio 1572. & 1581. Basiliensis apud Frobenium 1556. Ex quarum Indicibus expungenda,hæc: *Adorari solius Dei esse.* — *Crux execrabilis.* — *Scripturæ Sacræ sufficiunt*, &c. — *Synodus nulla est*, &c. — Illi verò Dialogi quinque eiusdem Athanasij ex interpretatione Theodori Bezæ, Græcè, & Latinè, Genevæ apud Henricũ Stephanum,quoniam ex Hæresiarchæ versione, suspecti de errore, & impostura esse debent.

AVGERIVS FERRERVS *Tolosas.*

EIVS *Vera medendi Methodus*, duobus Libris comprehẽsa. Lugduni ex officina Ludovici Cloquemini 1574. & apud Franciscum Fabium 1602. corrigenda. Ex Lib. 2. expungendum totum caput undecimum, quod inscribitur, *De Homerica medicatione*,& incipit,*Cum neque victu*, &c. pag. 213.

•S. AVGVSTINI *Opera à Sectariis vitiata.*

CVM multæ extiterint S.Augustini operum editiones,& illæ præsertim,quę ante annum 1576. prodierunt, vel hæreticorum opera,& industria, vel ex officinis Typographicis Sectariorum, cũ depravatis indicibus,vel Scholijs, & annotatiunculis marginalibus inquinatis; quorũ aliqua,si non omnia, etiá in posterioribus,& correctioribus editionib⁹ huc usq; hæsisse vidẽtur;præsertim in Indicibus,aut malè, aut malitiosè concinnatis; vel indicatis, quæ re vera Augustinus non dicit;visũ est operæ pretium,tum illas ipsas varias,atq; diversas editiones indicare, tum non unã tantum expurgationem subijcere:sed vel duas,tresve præcipuas,quæ tamen omnibus serviant.

Excusa sunt ergo Augustini opera,præsertim quædam Augustini opuscula,Paris. 1502. Item *Sermones*, & *Evangelia*, Paris. apud Mag.Bertholdum Remvolt,& in officinis Ioan. Coberger, ac Iodoci Badij ann.1516.Nurẽbergæ ex officina Friderici Peypus 1517. Basileæ apud Frobenium 1529. Parisijs per Claudium Chevalloniũ 1531. cum annotationibus Erasmi, & Ludovici Vives. Lutetiæ 1541.& Psalmi Parisijs apud Ambrosium Girault 1543. & iterum Parisijs apud Carolam Guillardt viduã Claudij Chevallonij, & Guilhelmũ Desboys 1555.& eodem anno Lugduni,& iterũ Basileæ ex officina Frobeniana 1556. Iterum Lugduni 1561. 1562.& 1563. Venet. apud hæredes Melchioris Sessæ 1570. Parisijs apud Morellium, & Nivellium 1571. Venetijs apud Valgrisium in 4. 1571. Antuerpiæ apud Plantinum 1576. 1577. 1579. Venetijs apud Franciscum Senensem 1584. Lugduni 1586. & apud Iacobum Stoer, sine loco impressionis 1596. Tandem Parisijs 1613.

TOMO PRIMO.

In Epistola Dedicatoria Erasmi ad Alphonsum Fonsecam Archiepiscopum Toleranum,*En totus*,&c. circa initiũ 2. col. dele, *Adolescens habuit*, usq; ad,*Inductus est*,exclus.—Et initio 4.col.dele *Qui morbus ferè*,usque ad,*à quo malo*,exclus. — Et aliquanto post dele,*Hæc non eo*,&c. usque ad, *Præcipuè verò*,excl.— Colum.5.ante fin.dele, *& ad tantas res*, &c.usque ad,*Eadem mansuetudine*,excl. —Et non multò post,dele,*Amabat perfectam*, &c. usque ad, *En aliud*,excl.— Colum.7.ante medium,dele, *Itaque cõciliandi*,&c.usque ad,*Nec ædificandi*,exclus.—Colum.10.sub initium,dele,*Tot sunt*, &c. usque ad, *Atque in Augustino*, &c. —Colum.12. circa medium,dele, *Verum in omnibus*, &c. usque ad, *Nihil tamen horum*, exclus.—Col.14. in medio,dele, *Nisi quod in*, &c. usque ad, *Decimum volumen*, exclus.

In Regulis, quæ in Parisiẽsi editione anni 1531. habentur ante vitam S.Augustin. scriptam à Possidonio, anni vero 1555. versus finem tomi,fol.189. pag.2. dele totam Erasmi censuram præfixã regulę tertiæ,atq; incipientẽ,*Hæc regula*, &c.

In ipsa vita S.Augustini per Possidonium, dele has marginales notas cap.18. (erratè 17.in editione illa anni 1555.)*Cæsar pronuntiat*, &c. — Cap.22. *Vbi hic Baltheus*,&c.—Cap.24. *Hoc exemplum*,&c. — *Quis hoc nunc*, &c. — *Aliud nunc.* —*O scelus*, &c.

TOMO SECVNDO.

In Epistola Erasmi ad pium Lectorem,quę incipit, *Ex calce*, &c. post integras lineas Græcas,dele, *Ad hoc speculum*,&c. usque ad, *ex aliis*, exclus.

In

In ipsis Augustini Epistolis, (quarum prima verba indicamus) dele notas hasce marginis.

In Epistola 3. *Legi tuas literas*, dele, *Eximiæ cuiusdam*, &c. In 10. *Ex quo Cæpi*, dele, *Nunc non ignoscunt.* In 11. *Tres simul*, post medium, dele, *Prolixius Augustinus*, &c. In 19. *Iam pridem*, satis ante medium, dele, *Sacramenta Legis*, &c. & paulò post, dele, *Ob scandalum*, &c. & post medium Epistolæ, dele, *Imò non adstruit.* In 23. *Quæris à me*, satis ante medium, dele, *Etiam infantibus*, &c. In 48. *Accepi Epistolam*, aliquantum post initium, dele, *Terrorem probat*, &c. Et satis ante finem eiusdem Epistolæ, dele, *Hoc nimium crebro*, &c. In 50. *Laudo, & gratulor*, longe post medium, dele, *Sacerdotes dispensatores*, &c. In 53. *Optas admodum*, dele, *Non iteranda pœnitentia.* In 54. *Negotiosissimum*, ad finem, dele, *Leges civiles*, &c. In 91. *In requirendis*, dele in Titulo verba illa, *In hac Epistola*, usque ad, *Cogimur*, inclus. Et in 93. *Inter cæteras*, dele etiam in Titulo, *Eiusdē ingenij Epistola*, & infra in margine, dele, *Etiam Romana Ecclesia.* In 96. *Fraternitatis vestræ*, in Titulo post verbum, *Respondet*, dele reliquum titul. In 105. *In Epistol. quam*, &c. longe post medium, dele, *Hoc Ambrosius.* In 107. *Cum de te*, post medium, dele, *Eucharistia infantium.* In 109. *Sicut parata est*, ad medium dele, notam Græcè, *Mi*: & mox, dele, *Hoc nunc*, &c. In 119. *Lectis literis*, cap. 20. dele, *Ciborum delectus.* In 121. *Et petisse te*, capit. 16. dele, *Vbi rei*, In 168. *Seu Deus*, dele, *Nunc exuruntur.*

Ante Epistolam 199. est annotatio, quę incipit, *Mulier quædam*, ex qua delenda sunt illa verba, *Suspicans eos*, &c. usque ad, *Resilijt*, exclus.

Tomo Qvarto.

In Libro de Mendacio ad Consentium cap. 13. dele notam marg. *Quando mentiri*, &c. — In altero Lib. ad eundem Consentium, contra mendacium, capit. 15. dele, *Tolerabilius potuisse*, &c. — In Lib. de Curà pro mortuis cap. 12. dele, *Mortuorum anima*, &c. — In Lib. de bono viduitatis, dele totam censuram præfixam, *Mira dictionis*, &c.

Tomo Qvinto.

Ex Commentarijs Ioannis Ludovici Vives, & Erasmi in Lib. eiusdem S. Augustini de *Civitate Dei*, dele sequentia.

In Epist. Dedicatoria ad Henricum VIII. Regem Angliæ, *Ita comparatum est*, &c. sub initium, post verba illa, *Permagni æstimarent*, dele usque ad, *Sed qui studijs suis*, exclus.

Post Præfationem ad Lectorem, dele aliam subsequentem à principio, *Narravit hodie mihi*, usque ad titulum, *Quinam hominum fuerunt Gothi*, exclus.

Lib. 1. cap. 21. post verba, *Disertis verbis Deo*, dele usque ad illa, *Iepte, Iudic.* exclusivè. — Cap. 27. dele totum Commentarium, *Quibus baptizatos alloquendo*, &c.

Lib. 3. cap. 10. post verba, *Muneris alieni*, dele usque ad finem Commentarii.

Lib. 5. cap. 25. post verba, *Imperator Romanæ urbis*, dele usque ad, *In tyrannis opprimendis*, exclus.

Lib. 6. cap. 4. post verba, *Verum esse cum antecedente*, dele usque ad finem Commentarii.

Lib. 7. cap. 26. post verba, *Et exhaurit domos* dele usque ad, *Ganymedes Troi*, exclus.

Lib. 8. in Proœmio post verba, *à nostris hominibus*, dele usque ad, *Prorsus sunt ignoratæ*, exclus.

Cap. 27. post verba, *Nec eorum probra*, dele usque ad, *Invenit hordei segetem*, exclusivè.

Lib. 9. capit. 17. dele totum Commentarium.

Lib. 11. cap. 18. post verba, *Esse in Paulo ait*, dele usque ad finem Commentarii.

Lib. 12. cap. 9. post verba, *Amoris Divini gratiam*, dele usque ad, *Secretis animarum*, exclus.

Lib. 13. cap. 11. post verba, *Quando ergo in morte*, dele usque ad, *Loquamur ergo secundùm*, exclus.

Lib. 15. cap. 7. post verba, *Sed animum dantis*, dele usque ad, *Qui tamen eum*, exclusivè.

Cap. 23. post verba, *Dæmonum fuisse operationes*, dele usque ad, *Consuetudo quippe*, exclus.

Lib. 16. cap. 37. post verba, *Non cibi genere*, dele usque ad finem capitis.

Cap. 43. post verba, *Balbutientissimè garriant*, dele usque ad finem capitis.

Lib. 17. cap. 5. post verba, *Epida, gerebat*, dele usque ad, *Benedicere primitias*, exclus.

Lib. 18. capit. 18. post verba, *Communicare*

INDICES Librorum PROHIBITORŪ E. V. 24.

nicare creaturæ, dele usque ad, *Phantasticum autem*, excl.

Cap. 22. post verba, *Quam urbem Romam*, dele usque ad, *In ea verò alibi*, exclus. — Cap. 31. post verba, *Tulerit ad Danielem*, dele usque ad, *Porrò Habacuc vaticinatus*, exclusivè. — Capit. 52. aliquantum ante medium post verba, *Sæculi est, vale*, dele usque ad, *Hac persecutione*, excl.

Lib. 19. cap. 6. ibi, *Tanquam religiosissima retinere*, dele, *Tanquam religiosissima*. Et ad marg. scribe, *Cautè legatur*. — Cap. 19. post illa verba. *In Monte Thabor*, dele usque ad finem capitis.

Lib. 20. cap. 26. dele totam annotationem.

Lib. 21. capit. 7. dele Commentarium à principio, usque ad illa verba, *Sufficiensque responsio*, excl.

Tomo Sexto.

In Sexto Tomo, dele sequentes marginales notas. — Lib. de Hæresibus ad Quod vult Deum, num. 54. *Sola fides*. — Num. 57. *Monachi otiosi*. — Lib. 1. Contra Maximum Arrianum, ante medium, *Hoc nunc fit*, &c. — Lib. 3. cap. 5. *Contagio terrena*, &c.

Tomo Septimo.

In Tomo Septimo, dele similiter hasce notas marginales.

Lib. 2. contra literas Petiliani, versus finem, id est, cap. 108. *Id negant*, &c.

Lib. 2. De Baptismo contra Donatistas, cap. 7. *Non est in Evangelio*. Et Lib. 6. cap. 4. *Ecclesia occulta*.

Lib. 1. De peccatorum meritis, cap. 18. *Infantes, ut credunt*. — Et cap. 19. *Eucharistia etiam*, &c. — Et cap. 20. *Nunc parvulis*. — Et Lib. 2. cap. 16. *Solebon*.

Lib. 1. contra duas epistolas Pelagian. cap. 11. idem illud verbum Græcum deleatur. — Et cap. 22. *Eucharistia parvulis*. — Et Lib. 4. *Eucharistia infantium*.

Lib. 1. contra Iulianum, cap. 2. post novem columnas, *Eucharistia in parvulis*.

Lib. 5. Hypognosticon, post medium, *Eucharistia parvulis*, &c. — Et paulò inferiùs, *Purgatorium*, &c.

Tomo Decimo.

In Tractatu de *Vanitate sæculi*, deleatur nota marginalis, *Vbi nunc Purgatorium?*

Indices Varii Eorundem Operum *Augustini variarum editionum corrigendi.*

Index Editionis Parisiensis Per Claudium Chevallonium 1531. corrigendus, & delenda sequentia.

A Adorare) dele, *Solus Deus adorandus, — Adorari non vult Deus corporaliter, sicut non videri. — Cur adorari nolint sancti Angeli, aut iusti homines.* — Angeli) dele, *Angeli, & omnes cœlestes virtutes corporeæ. — Corpus Angelicum inferius est, quàm anima. — Nec eis templa construimus. — Angeli, nec boni, nec mali colendi. — Angelos adorantes prohibentur.*

B. Baptismus) dele, *Baptismus extra Ecclesiam acceptus. — Baptismus accipi potest extra Ecclesiam, sed non prodest.*

C. Carnium esus) dele, *Carnium superstitiosa abstinentia.* — Charitas) dele, *Charitatem solam præcipit Scriptura.* — Corpus & Sanguis Christi) dele, *Corporis sui signum dedit Christus.* — Concubinæ) dele, *Qui concubinas ante coniugium habere præsumit, peius facit, quàm qui adulterium committit.*

D. Dæmones) dele, *Dæmonibus senium, & corpora tribuit Augustinus.* — Damnare) dele, *Damnantur, & ij, qui iustificari non poterunt.* — Deus) dele, *Deus, etiam ubi nõ habitat, operatur.* — Donum) dele, *Dona sua, non merita nostra coronat Deus.*

E. Ecclesiæ fides) dele, *Etiam Romana Ecclesia credidit Eucharistiam parvulis necessariam. — Extra Ecclesiam Catholicam baptismus nemini prodest.* — Eucharistia) dele, *Quæ de carne sua manducanda Christus proposuit, spiritualiter sunt intelligenda. — Eucharistiam infantibus putat necessariam Augustinus. — Eucharistia etiam infantibus necessaria, ut baptismus. — Eucharistia parvulis sub utraque specie.* — Exaudire) dele, *Exauditur diabolus, & non exauditur Apostolus.* — Exequiæ) dele, *In exequijs ad spiritus mortuorum non pervenit, nisi quod secum vivi fecerunt. — Pompæ in exequijs vivorum sunt solatia, non mortuorum adiutoria.*

G. Gratia) dele, *Ex gratia salus, non ex libero arbitrio. — Omnia nostra gratiæ Dei adscribenda, non libero arbitrio. — Gratia, & meritum pugnant. — Gratia salvamur, non operibus.*

H. Ho-

H. Homicidium) dele, *Homicidium condonatum ijs qui occiderunt Chriſtum.*

I. Iuſtificari) dele, *Iuſtificatio ex fide impetratur.* — *Iuſtitia Dei dicitur, non ſolùm qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtificat.* — *Commendatio iuſtitiæ, quæ ex fide eſt, adverſus eos, qui gloriantur de ſua iuſtitia, quæ eſt ex operibus.* — *Iuſtitia noſtra ex fide eſt, & quæ ſit iuſtitia fidei.* — *Iuſtitia, quam colles excipiunt, eſt fides.* — *Iuſtus nemo iuſtitia ſua.* — *Iuſti ab iniuſtis, non operum, ſed fidei lege diſcernuntur.* — *Iuſtus dicitur fidelis, ex quo credidit, & facta eſt ei dimiſſio peccatorum, licet de iſta reſidua vita, ſine peccato eſſe non poſſit.*

L. Lex) dele, *Lex data eſt, ut abundaret peccatum, & ſuperabundaret gratia.* — Liberum arbitrium) dele, *Liberum arbitrium perfectè fuit in primo homine, in nobis autem ante gratiam non eſt liberum arbitrium.*

M. Merita) dele, *Contra meritum humanum, pro gratia abundanter diſputatum,* —*Meritum hominis nullum.* —*Meritum humanum ſtatuentes, Chriſti gratiã evacuant.* —*Non merita noſtra, ſed dona ſua Deus coronat in nobis.* — *Meritum, & gratia pugnant.* — *Meritum credẽdo comparatur.* — *Merita noſtra non attendit Deus.* — *Merita noſtra non ſunt niſi Dei dona.* — *Aliud meremur, aliud ſperamus.* Monachus) dele, *Monachatum amplectentes ſpe vivendi otiosè.* — Mortui) dele, *Mortuorum exequiæ magis vivorum ſolatia ſunt, quàm defunctorum ſubſidia.* —Mulier) *Mulier non eſt imago Dei.*

O. Opera bona) dele, *Opera non præcedũt iuſtificationem.* —Oratio) dele *Quiſquis oraverit Deum, præter Templum Dei, non exauditur ad ſalutem æternam, etiamſi exaudiatur ad ſalutem temporalem.* — *Orare ſi vis in templo, in te ora.* — *Templum Dei, in quo orandum, homo eſt.* — *Orandum eſt occultè.*

P. Panis Sacramentum) dele, *Panis de Regno Dei Chriſtus, & fide comeditur.* — *Panis ſpiritualis, vel eſt Eucharistia, vel Verbum Dei.* Promiſſio) dele, *Promiſſio, & lex opponuntur.*

Q. *Quidquid promiſit Deus, indignis promiſit, ut non quaſi ex operibus merces promitteretur, ſed gratia à ſuo nomine gratis detur.*

S. Sacramentum) dele, *ex latere Chriſti manarunt duo Sacramenta.* — *Sacramenta non reiteranda.* —Sancti dele, *Sancti quomodo honorandi, non adorandi.* — *Sanctis non erigimus templa, ſed memorias fabricamus, tanquam hominibus mortuis.* — *Sancti nolunt adorari.*

T. Tegere) dele, *Tegat Deus peccata tua, non tu.* — Templum) dele, *In Templo vis orare, in te ora.*

V. Vxor) dele, *Vxores plures habere cauſa poſteritatis lex nulla prohibebat.*

Ex Indice Operum Eivsdem Sancti Auguſtini. Baſileæ ex officina Frobeniana 1556. dele ſequentia.

A. *Abrahæ peccata non eſſe peccata.* — *Abſolutio peccatorum per Eccleſiam dari poteſt. ſuſcitari autem peccator, niſi à Domino non poteſt.* — *Solus Deus adorandus.*

C. *Creaturæ adorandæ non ſunt, propterea quod ſancta quædam figurarunt.* — *Angeli corporei ſunt.* — *Angeli ſunt corporei.* — *Angelorum cibus naturalis, quem comedere videntur.* — *Angelos habere corpora.* — *Angeli prius omnia cognoverunt in Deo, quàm crearentur.* — *Anima non punitur, quia peccavit, ſed quia de peccato non doluit.* — *Animalia bruta plurima per Spiritum Sanctum ſanctificari.* — *Avari, raptores, &c. non pertinent ad Eccleſiam.* — *Avarum ſi accuſas, accuſas Deum.* — *Averſio Angelorum à Deo, eſt cauſa iuſtitiæ ipſarum.*

B. *Baptiſmus extra Eccleſiam eſſe poteſt, ſed non prodeſſe.* — *Baptiſmum nihil prodeſſe, niſi iuſtificemur.* — *Baptiſmi aqua etiam extra Eccleſiam, non tantum non prodeſt, ſed obeſt.* — *Baptiſmus ſine charitate nihil prodeſt.* — *Homines, nec incipere, nec perficere bonum, ſed ſolum Deum.* — *Nemo bonus timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ* — *Bonis omnia bona ſunt bona, malis verò mala.*

C. *Cecidit homo ſponte, ſponte reſurgere non poteſt.* — *Cantandum corde, non carne.* — *Caro concupiſcit ſine anima.* — *Caro Chriſti nihil prodeſt* — *Carnales etiam Sancti.* — *Catechumenus benè vivens, ante ſuſceptum baptiſmum decedens, damnatur.* — *Coto uxorem ſuam laudabiliter alteri tradidit.* — *Sine charitate nemo quicquam boni facit.* — *Sola charitas non datur extra Catholicam.*

Qualiter in Chriſto Deitas paſſa dicatur. — *Verus Chriſtus ante Virginis conceptum.*

Chriſti

NDICES
Librorum
ROHIBITORŨ
E. V.
24.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

—Christi imprudentia. —Christiani idololatræ. — Cœlibatus apud Christianos non præferatur nuptijs Patriarcharum.

Communia sunt omnia iustis, non iure humano sed divino. — Non Conciliorum, sed Scripturarum auctoritati innitendum est. —Confessio proximo fano facienda, si non adsit Sacerdos. — Prius quam confessio ad os veniat, Deus peccata dimittit. — Consuetudo facit peccatum inevitabile. — Corpus Christi mysticum est sacrificium. — Corpus suum dixit Christus, cùm signum daret corporis sui. — Credere, vel non credere, non liberum esse. —Dæmones corpora habere, quibus ignis item supplicium sentiunt. — Dæmones habere animas rationales, & hominibus esse superiores. — Dæmones nunquam fuisse æquales Angelis. — A damnatione sola fides Iesu Christi liberat. —Non solum malum fuisse, sed etiam bonum egisse, damnabile est.

Immortalis Deus, quomodo dicatur secundum animam. — Temporalitas Deitatis. — Deus bonum, & malum fecit. — Deus operatur, etiam ubi non habitat. —Deum peccatores non possunt laudare.

Diabolus quomodo aliquando beatus, sciens futuram suam iniquitatem. — Dilectionem inimici parum commendavit Ioannes in Epistolis. — Dona sua, non merita nostra coronat in nobis Dominus.

Ecclesia multis annis ante Christi adventum non apparuit. — Ecclesia Christianorum est congregatio magis pecorum. — Ecclesiam sequatur qui Scripturarum auctoritatem non habet. —Eleemosyna utilius malis negatur, quàm conceditur. — Episcopatus minor presbyterio, ex usu Ecclesiæ. —Episcopum Episcoporum nemo tempore Augustini se constituit. — In Eucharistia figuram corporis, & sanguinis sui tradidit Dominus. — Eucharistiam infantibus necessariam, ut Baptismus. — Eucharistia parvulis sub utraque specie. — Eucharistiam non esse sacrificium, sed sacrificij memoriam. — Eucharistia parvulis necessaria. — Excusationem peccatorum prædestinatio Dei non admittit. — Exequiarum pompam magis vivorum, quam mortuorum esse solatium.

Fidem opera necessario sequuntur. — Fides nulla est sine bonis operibus. —Fides Christianorum semper habet coniunctam charitatem. — Fides sine spe, & charitate esse non potest. — Fides Christiani cum dilectione est, dæmonis autem sine dilectione. — Fides non opera, iustos ab iniustis discernit. — Fidem non miraculis, nec visionibus confirmari. — Fides nostra, iustitia nostra est. —Fides Catholica iustos ab injustis discernit. —Per solã fidem iustificamur. — Fide sua quisque salvatur. — Fides sola damnatione liberat. — Fiducia operum tollitur. — Non omnis gratia a Deo est. Ex primis hominibus, si unus peccasset, unus tantum punitus fuisset.

Imaginum adoratores taxantur. — Imaginum usus prohibitus. — Imagines ex desiderio morientium cœptæ constitui. — Contra cultores imaginum. — Iusti sola fide sumus. — Iustum dici etiam eum, qui veram iustitiam nondum apprehendit. — Iusti, & iniusti non operibus, sed fide discernuntur.

Liberum arbitrium diabolus non habet. — Liberum arbitrium sine gratia Dei nihil potest. — Liberum arbitrium si homini esset sine gratia, frustra oraremus, Ne nos inducas, &c. — Liberum arbitrium ita est, ut sine gratia Dei nihil valeat. — Contra liberi arbitrij defensores. — Liberum arbitrium homo habuit, sed per peccatum perdidit. — Liberum arbitrium nullum sine gratia, nec in paradiso. — Liberum arbitrium nihil moremur. — Et quod primi parentis peccato amissum sit. — Liberum arbitrium habuit Adam, post cuius lapsum nos in necessitatem præcipitati sumus. — Liberum arbitrium non ex se, sed ex gratia liberum dicitur. —Liberum arbitrium in omnibus est, sed in Christianis solum per gratiam.

M. Machabæorum liber apocryphus. — Maria, etiam in Christi passione, de ipso dubitavit. — Mariæ patrem fuisse quendam Ioachim minimè credendum. —Maria genuit, & non genuit Filium Dei. — Matrimonium omnibus concessum, qui continere non possunt. — Omnes æquales erimus in accipienda mercede. — Meritum nostrum nullum est, sed unius Dei. —Ex meritis nulli salutem contingere. — Merito nostro nihil accipimus, sed sola gratia. — Meritum misericordiæ nullum est. — Meritum operum nostrorum procul abesto. — Meritis non salvamur, sed meritis damnamur. — Meritis nostris vitam æternam non meremur. — Christus, non minister, Spiritu sancto baptizat. — Ministri vita, sivè bona, sivè mala, Ecclesiæ neque prodest, neque obest. — Ad mo-

monachatum plerique ſpe otij veniunt.— Mortuos non ſtatim ad ſanctorum locum deferri, ſed in requie diem Domini expectare. — Mortuis nulla cura de vivis. — Mortuis nullum auxilium miſericordiæ præberi poteſt. — Primæ nuptiæ melioris ſunt meriti, quàm ſecundæ. — Et primas non niſi incontinentiæ gratia conceſſas eſſe.

O. *Otij ſpe plerique monachatum amplectuntur. — Non opera, ſed fides juſtos ab iniuſtis diſcernit. — Opera etſi non iuſtificent, ad ſalutem tamen neceſſaria ſunt. — Opera bona ſine fide peccata ſunt potius. — Opera bona nihil proſunt ſine fide. — Opera noſtra nos non ſalvare. — Orantes ſine templo Dei, non exaudiuntur. — Orationes noſtræ ingratæ. — Oratio, niſi bona vita præcedat, non exauditur. — Orantibus Apoſtolo, & Diabolo, exauditus eſt Diabolus, & non Apoſtolus.*

P. *Peccare ſemel non damnat, niſi iterum delinquamus. — Ad peccatum ſumus liberi, non ad iuſtitiam. — Peccatum mundus non haberet, ſi Chriſtus non veniſſet. — Peccatum in Spiritum ſanctum, perſonam, & non Deitatem reſpicit. — Peccatum originale Deus ſolus tollit, & ſi homo aggravet, vel relevet. — Peccatum originale per fidem Eccleſiæ remittitur. — Peccata venialia multiplicata damnant. — Peccata per Baptiſmum omnia dimittuntur, quæ poſt illum perpetrantur. — Peccata non omnibus, ſed quos præſcivit, dimittit. — Peccata omnia per fidem dimittuntur. — Perſonæ vocabulum, propter Latinæ linguæ inopiam, in divinis aſſumptum. — Petrum Chriſtus non reſpexit corporaliter. — Petrus primatum ſibi nunquam vindicavit. — Pœnitentia non iteranda. — Purgatorius ignis poſt hanc vitam, an ſit, dubitat Auguſtinus. — Purgatorium poſt hanc eſſe vitam incredibile non eſt, ſe dutrum ſit, quæri poteſt. — In futuro ſæculo nihil aliud, quam condemnatio, aut remuneratio eſt. — Purgatorium non inveniri in Scripturis.*

S. *Sacramenta omnia ſine charitate ad damnationem haberi. — Sacramenta duo Chriſtianorum Baptiſmus, & Euchariſtia. — Sanctorum legendas eſſe apochryphas. — Sancti amandi, & imitandi, non colendi ſunt. — Sancti honorandi imitatione, non adoratione. — Sanctis, nec templa ſtatuimus, nec ſacrificia. — Sanctos non honoramus oblationibus. — De Sanctis non præſumendum, nec ſperandum. — Sanctorum invocationem præcavit Ioannes. — Sancti mortui poſt hanc vitam ſubvenire non poſſunt. — Nec in iuſtum, & ſanctum hominem eſt ſperandum. — Sancti non ſunt mediatores inter Deum, & hominem. — Sancti mortui poſt hanc vitam ſubvenire non poſſunt. — A ſimulachris cavendum, nec excuſat, quod non ipſa, ſed quæ per illa ſignificatur, colamus. — Simulachrum Dei in templis ponere nefas eſt Chriſtianis. — In ſimulachris nulla utilitas. — Simulachrorum inventio multa mala attulit. — Simulachra non reijciebant Manichæi, ut paganos ſuæ ſectæ conciliarent. — Simulachra colentium errores. — Simulachrorum uſus unde cæperit. — Contra ſimulachra. — Contra eos, qui dicunt ſimulachra non colo, ſed per ea ad id, quod colere debeo, adhortor. — Simulachra adorantes, quibus errores ſuos excuſent.*

T. *Templa Angelis non ſunt conſtruenda. — Sanctis ædificare Templa non licet. — Templa creaturis ædificare ſacrilegium eſt. — Virgines ſacræ nuptis non æquandæ. — Felicior eſt mulier nupta, quàm virgo nuptura. — Vxorum pluralitas propterea crimen, quia mos non eſt.*

INDEX Tom. quinti, apud Ambroſium, & Aurelium fratres. Baſileæ 1570. Delenda quæ ſequuntur.

ANgelos non poſſe eſſe mediatores noſtros. — Animam rationalem animalium tria genera habent, Dii, Dæmones, & Homines. — Animas rationales Dæmones habere. — Ex animabus hominum Diabolos fieri. — Carnem non eſſe cauſam peccatorum. — Corpora Diabolos habere. — Diaboli naturam eſſe malam. — Iuſtitia Dei non eſt, quæ timore pœnarum conſtituitur. — Quæ Sanctorum veniam impetrent, difficile eſt invenire. — A peccatis uno Chriſti ſacrificio liberati ſumus. — Simulachrorum uſum etiam deteſtantur pagani. — Simulachra reprehendit Sacra Scriptura. — Per Simulachra Dæmones in ſuam nos trahunt captivitatem.

INDEX Eorundem operum Auguſtini. Lugduni 1586. In quo delenda.

CRedere, vel non credere liberum eſſe, Donatiſtarum error. — Inter Dæmones, & Mathematicos Societas. — Dæmonum ſenſus, ac corporum excellentia. — Dæmones,

INDICES Librorum PROHIBITORŪ E. V. 74.

& Dij ſunt animalia, & natura diverſi. — An credendum ſit, quod Dij boni lubentius Dæmonibus, quam hominibus miſceantur. — An Dæmonibus nuntiis, & Interpretibus Dij utantur, &c. — Non ſunt mediatores inter nos, & Deos. — Vtrum doleant in corporibus ſuis innuit eſſe incertum, &c. — Dæmones habere corpora aerea in quibus patiuntur ab igne innuitur. — Deus ſolus inviſibilis — Opera bona malus habere non poteſt, ſicut nec bonus mala. — Peccatum Chriſti. — Peccata ſemel dimiſſa redire. — Peccatorum remiſſionem non præſtant mali, licèt ſacram miniſtrent. — Peccata omnia per fidem dimittuntur. — Quæ verò verbo, *Vxor*, indicantur, caute legenda.

INDEX Sancti Auguſtini, in Pſalm. Pariſ. apud Ambroſium Girault. 1543.

A. *ANgelorum animæ ſanctæ.* Item, *animæ Angelorum.* Item, *Ad animas, ſeu ſpiritus Defunctorum non pervenit, niſi quod ſecum vivi ferunt.*

B. Item, *Bona opera extra fidem facta, impia ſunt.* Item, *Bonum ſoli Deo tribuendum.* Item, *Bona ſine fide facta, bona non ſunt.*

C. *Chriſtus à tempore non cæpit.* Item, *Chriſtus in corde noſtro, fides eius eſt. — Chriſti verbis nihil addendum. — Chriſtianum eße, an ſatis ad ſalutē. — Chriſtiani Iudæis peiores*, addendum eſt, *Mali. — Chriſtiani nominati ſunt ab Apoſtolis converſi, non Petriani, nec Pauliani. — Corporis, & ſanguinis figuram Diſcipulis Chriſtus commendavit.*

E. *Eccleſia per gratiam Chriſti ſalva, non per meritum ſuum. — Epiſcoporum ſuperbia.*

F. *Fides mala omnium malorum cauſa.*

G. *Gratia Dei liberamur, non meritis operum. — Gratia ſalvi facti ſumus per fidem. — Gratiarum actio omnes cibos Chriſtianis mundos reddit.*

I. *Iuſtitia Dei noſtra ſit, cum nobis donatur.* Item, *Iuſtitia ex fide.*

L. *Lex Dei an ab homine impleri poſſit?*

M. *Meritum noſtrum oſtendere ſi velimus, ſupplicium meremur. — Merito noſtro nihil Deo dignum poſſumus. — Merita coronantur, non noſtra, ſed Dei. — Merita ſi coronantur, iam merces eſt, non gratia. — Merita ſunt in nobis ſuppliciorum, non merita bonorum. — Meritorum iactatores alieni à gratia. — Meritis noſtris infirmi ſumus. Miſericordia Dei robuſti. — Meritis noſtris nullis inventis, voluntatis ſuæ gratia nos ſalvos Deus fecit. — Meritis nullis ſuis ſe liberatum certum ad Deum pervenit. — Monaſticæ vitæ laus, & vituperatio*, dele, *vituperatio. — Mortuorum ad ſpiritus non pervenit, niſi quod ſecum vivi ferunt. — Mortui an tangantur de malis ſuorum.*

O. *Opera noſtra bona ex Dei gratia ſunt, non ex noſtris viribus. — Opera, quantumvis bona præter fidem facta, Deo grata non ſunt. — Opera ſua in nobis coronat Deus. — Operum hominum cauſa ferè neceſſitas. — Operibus, & meritis ſuis nitentes, ad gratiam Chriſti non pertinent. — Orationis ſecretum. — Orationum noſtrarum vanitas.*

P. *Peccatum vel invitis nobis inhabitat. — Peccati auctor an ſit Deus. — Peccati ſolus homo capax. — Petriani, aut Pauliani appellati non ſunt, ſed Chriſtiani, qui ab Apoſtolis in fide velut geniti ſunt.*

S. *Sacramentum Euchariſtiæ, etſi viſibile ſit, inviſibiliter tamen, & ſpiritualiter debet intelligi. — Sancti omnes per fidem ſalvi facti ſunt. — Sanctum quomodo ſe dicat quilibet homo Chriſtianus. — Simulachrorum adoratores, ridiculi. — Simulachrorum interpretationes damnandæ. — Ad ſpiritus mortuorum non pervenit, niſi quod vivi ſecum ferunt.*

INDEX D. Auguſt. in Sermon. & in Evang. S. Ioann. Impreſſ. apud Mag. Berthold. Rembolt. Pariſ. & in officin. Coberger, ac Iodoci Badij, ann. 1516.

ANimæ defunctorum an habeant curam de vivis. — Chriſtianus non eſt, qui maleficos, Mathematicos, aut ſortilegos conſulit: vel qui verba turpia, & luxurioſa profert. — Coronando Deus merita noſtra, nihil coronat, niſi dona ſua. — Credere in Chriſtum opus Dei, & non noſtrum. — Eleemoſyna ſine ieiunio ſufficit non valenti ieiunare; ſed ieiunium ſine eleemoſyna omninò nullum eſt bonum. — Eleemoſyna neminem ſinit intrare in gehennam. — Eleemoſynæ non ſinunt ire in tenebras. — Exaudire non vult Deus peccatores. — Fides dæmonum, & fides Sanctorum ſola charitate diſcernitur. — Fides Catholica Chriſtiano neceſſaria eſt, quia in ipſa diſtinguntur Filij Dei, à filijs Diaboli: filij lucis à tenebrarum; hæc porta vitæ eſt, &c. — Iuſtitia nihil aliud eſt, quam non peccare. — Legem fides implet, non

non noſtrum liberum arbitrium. — *Quod liberum arbitrium propriè non ſit, niſi in bono.* — *Mortuis non proſunt exequiæ.* — *Opera bona nemo malus facere poteſt, quandiu eſt malus; & opera mala nemo facere poteſt, quandiu bonus eſt.* — *Opera etſi aliquando videntur bona: ſine fide & charitate inania ſunt.* — *Peccatis qui perſeverat, non qui peccat, odibilis eſt Deo.* — *Sacramenta corporalia apud hæreticos ſunt, ſed virtute carent.* — *Sacramenta quamvis habeant hæretici, ſunt tamen ſine fructu.* — *Virgo ſit in fide conſcientia, ubi non poteſt à concubinatu caro eſſe integra,* dele, *à concubinatu*, & ſcribe, *à concubinatu, & in matrimonio.* Nam hoc eſt, quod dicit Auguſtinus.

INDEX Editionis, per Iacobum Stoer, ann. 1546. ſine loco impreſſionis. In 4.

LITERA S. poſt, *Sanctorum cultus, &c.* dele, quod ſequitur, *& quod memoriam quidem illorum celebremus, non invocemus.*

INDEX Opuſculorum AVGVSTINI. Pariſ. ann. 1552.

VERBO, *Peccatum*, dele, *Adæ peccatum in quos tranſmittatur difficile eſt diffinire,*

INDEX S. AVGVSTINI Pariſiis 1586. corrigendus, & delenda.

Baptiſmus necat. — *Simulachrorum peſtilens cultus.* — *Pœnitentia ſera taxatur.* — *Incredibile eſt Chriſtum reſurrexiſſe in carne, & in Cœlum aſcendiſſe cum carne.* — *Deus Patri eſt præponendus. Fides operibus præponenda.* — *Peccatorum non auctor, ſed ordinator Deus.* — *Peccata quædam fieri neceſſitate. Peccata iuſta quæ ſunt.* — *Pœnitentia ſera eſt infructuoſa.* — *Maria fuit mater humanitatis Chriſti, non Divinitatis.* — *Peccata ſemel dimiſſa redire.* — *Confeſſio non eſt neceſſaria ad ſalutem.* — *Laudat vitam, moreſque Pelagij.* — *Creaturæ non colendæ, neque adorandæ.* — *Creatura omnis corporea.* — *Creatura eſt eadem cum Deo.* — *Angeli comederunt verè, non phantaſticè, qui viſibiliter, & tractabiliter apparebant, non tamen neceſſitate, ſed poteſtate, ut Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam verè comedit.* — *Homo natura eſt malus.* — *Cato ſe occidit victoriam Imperatoris impatienter ferens, & ei ſubijci nolens, & per hoc oſtenditur beatitudinem eſſe in hac vita.*

EORVNDEM Operum D. AVGVSTINI Epitome, per Ioannem Piſcatorium Lithopolitanum. Auguſtę Vindelicorum, apud Henricum Steiner 1537. & Genevæ, apud Ioannem Criſpinum 1565. Et eadem Epitome recognita, & aucta per Ioannem Peſſelium Tylanum, cuius etiá opera recens acceſſit, ex eodem Auguſtino collectus, de *Septem Sacramẽtis*, tomus 4. Coloniæ 1539. corrigenda.

In Epiſtola operi à Ioanne Piſcatorio, ann. 37. præmiſſa, circa medium Epiſtolæ, dele, *Quod vocant.* — Et circa finem Epiſtolæ dele, *Proinde, quod te præterire*, uſque ad, *Tu vero integerrime Lector.* excluſ.

ITEM Divi Auguſtini operum editio, Venetijs 1570. & 1584. in 4. tom. 2. epiſt. 96. quæ eſt Innocentij, & inſcribitur, *Innocent. ſuperiori reſpondet*, dele quod in ipſa inſcriptione additũ certè à Sectario aliquo: *Sævus potius quam eruditus, & ad damnandum, quam ad docendum inſtructior.*

ITEM Aurelij Auguſtini Dulci loquiorum libri tres ex Bibliothecæ Romeſtorpianę vetere manuſcripto exemplari, nũc primum editi Herbornę Naſſovii 1614. expũgenda eſt Epiſtola ad lectorẽ inſerta, & inſcripta à Guillermo Rolichio ſectario.

AVGVSTINVS Steuchus Eugubinus.

EIVS Opera, quæ extant tribus tomis collecta. Pariſijs, apud Michaëlem Sonnium. 1578. Quæ autem impreſſa ſunt Venetijs. 1591. ſunt correctiora.

TOMO PRIMO.

EX COSMOPOEIA. Niſi fuerit ex emendatis, & impreſſis Venetijs 1591.

In cap. 1. Geneſ. in illud, *In principio creavit Deus cœlum & terram*, fol. 11. pag. 2. D. poſt illud, *Memoratur apud Moſem*, dele uſque ad, *Fueruntque apud Græcos*, excluſ.

EX TRACTATV DE CREATIONE *Angelorum, de cœlo Empyreo, &c.* ſeu, ut alias inſcribitur, de *Rebus incorporeis, & inviſibilibus.*

In Titulo ipſo Tractatus, fol. 89. pag. 1. A. expunge verba illa, *Quod cœlum Empyreum non ſit creatum.* — In ipſo Tract. fol. 93. p. 1. C. poſt illud, *Animorum habitationem*, dele omnia, uſque ad illud, fol. 94. pag. 1. B. *Alienum autem à nobis eſt*, excluſ.

INDICES Librorum PROHIBITORŪ E. V. 24.

EIVSDEM Veteris Teſtamenti ad Hebraicam veritatem recognitio.

GENES. 2. ad illud, *Plantaverat autem Dominus Paradiſum*, fol. 108. pag. 1. A. poſt illud, *Vt nunc fit, & homines*, dele uſque ad, *Congruo tempore*, excluſ. — Geneſ. 5. ad illud, *Et ambulavit Enoch cum Deo*, folio 115. pag. 1. C. dele notam marginalem, *Tulit eum Deus, id eſt, mortuus eſt.* — Geneſ. 11. ad verbum, *Babel*, fol. 123. pag. 2. E. §. *Error quoque eſt in eo*, dele totum, §. uſque ad §. *Error quoque in numero*, excluſ. — Geneſ. 30. ad illud, *Poſuitque virgas in canalibus*, fol. 135. pag. 1. C. ibi, *Hoc fruſtra additum eſt*, dele, *fruſtra.* — Geneſ. 33. ad illud, *Centum agnis*, fol. 137. pag. 1. A. poſt illud, *Centum denarijs, aut obolis*, dele uſque ad, *Aſſerunt enim Hebræi*, excluſ. — Et inferiùs ibidem lit. B. poſt illud, *Mirum, quod Hieronymus*, dele uſque ad, *Ioſue ultimo, vertit*, excl. — Geneſ. 38. ad illud, *Ipſe, & Iras opilio gregis*, fol. 140. pag. 1. A. poſt illud, *Contextus Hebraicus*, dele uſque ad, *Quod & vocum interpres*, excluſ. — Ibid. paulò inferius, poſt illud, *Relictam eſſe hanc Scripturam*, dele uſque ad §. *Aſſumpſit theriſtrum*, excluſ. — Ibid. lit. C. ad illud, *Patiar quod vis, ſi dederis harrabonem*, ibi, *Quod malè uterque accepit*, dele, *malè.* — Deinde poſt illud, *Sæpè interrogativa eſt*, dele uſque ad, *Vt diceret Thamar*, excluſ.

EXOD. 21. ad illud, *Cum quali veſte intravit*, fol. 156. pag. 2. F. poſt illud, *Corpus ſemper ſignificet*, dele uſque ad §. *Efferat eum Dominus*, excluſ. — Exod. 33. ad illud, *Oſtende mihi faciem tuam*, fol. 160. p. 1. A. poſt illud, *Faciem tuam*, dele uſque ad, *Hodghani*, excluſ. — Et mox, poſt illud, *Mihi viã tuã*, dele uſque ad §. *Si non tu ipſe*, excluſivè. — Exod. 34. ad illud, *Et ignorabat, quod cornuta eſſet facies*, fol. 160. p. 1. C. poſt illud, *Vox ambigua*, dele uſque ad, *Quamvis etiam ſit diſcrimen*, excluſ. — Et ibi, *Igitur non habetur in contextu*, dele, *non.* — Deinde, ibi, *Sed radiantem*, pro, *ſed*, ſcribe, *vel.* — Et paulò inferius, poſt illud, *Eſſet radians*, dele uſque ad, *Sed, & frons, & naſus*, excluſ. — Ibid. pag. 2. D. poſt illud in fine præcedentis pag. *Et mentum radiabant*, dele uſque, *Septuaginta*, & poſt vocem, *Septuaginta*, dele uſque ad, *Bene hunc locum*, excluſ.

LEVIT. 3. ad illud. *Pabulum ignis*, folio 162. p. 1. A. poſt illud. *Pabulum ignis*, dele uſque ad, *Lechem*, excl. — Et mox ibi, *Dei, non ignis eſſe*, dele, *non.* — Levit. 11. ad vocem, *Chorogrillus*, fol. 163. p. 2. D. poſt illud, *Subterraneæ vocantur*, dele uſque ad, §. *Lepus quoque*, excluſ. — Levit. 14. ad illud, *Quos veſci licitum eſt*, fol. 164. p. 1. C. poſt illud, *Additum ab ipſo interprete*, dele uſque ad, *Omittitur etiam*, excluſ. — Levit. 21. ad illud, *Si parvo, vel grandi, &c.* Folio 166. p. 1. B. ibi, *Ab ipſo interprete ficta ſunt*, dele *ficta.* — Deinde poſt illud, *Sed de naſo ſimo*, dele uſque ad, *Fœditas in naſo*, excluſ. — Levit. 25. ad illud, *Et frugum ſuperabundantiam, &c.* ibi, *Imò ad aliud refertur*, dele, *Imò.* — Deinde, poſt illud, *Ei cibum tuum*, dele uſque ad, *Quod etiam Septuaginta*, excluſ. — Cap. 27. ad illud, *Homo, qui votum fecerit, &c.* fol. 167. pag. 1. B. poſt illud, *Ipſe ſit, qui vovet*, dele uſque ad, *Septuaginta verò*, excluſ.

NVM. 8. ad illud, *In Auſtrali plaga*, folio 171. pag. 2. F. poſt illud, *Contra faciem candelabri*, dele uſque ad, *Neque ſatis liquet*, excluſ.

NVM. 10. ad illud, *Quidquid optimum, &c.* fol. 173. pagina 2. A. ibi, *Superfluè additum eſt*, dele, *Superfluè.* — Et poſt illud, *Additum eſt operibus*, dele uſque ad, *Hebraïca.* — Et poſt vocem, *Hebraïca*, dele uſque, *Sic habent*, excluſivè. — Num. 11. ad illud, *Quaſi dolentium, &c.* fol. 173. pagina 2. A. poſt illud, *Conqueſtos fuiſſe*, dele uſque ad, *Itaque ſic &c.* excluſivè. — Et inferiùs, poſt illud, *Itineris laborem*, dele uſque ad §. *Et abſorptus eſt*, excluſivè. — Num. 14. ad illud, *Te autem faciam Principem, &c.* fol. 175. pag. 2. F. poſt illud, *Principem ſuper gentem magnam*, dele uſque ad, *Credo tamen Hieronymum*, excluſivè. — Num. 16. ad illud, *An & oculos, &c.* fol. 177. pagina 1. A. poſt illud, *Illorum erues*, dele uſque ad, *De exploratoribus*, excluſ. — Num. 17. ad illud, *Abſque virga Aaron*, fol. 177. pag. 2. D. poſt vocem, *Omittitur*, dele uſque ad, *Scilicet*, excluſivè. — Et paulò inferius, poſt illud, *Principatum obtineret*, dele uſque ad §. *In domo Levi*, excluſ. — Num. 20. ad illud, *Ingreſſuſque Moſes dimiſſa multitudine*, fol. 178. pagina 2. D. poſt vocem, *Multitudine*, dele uſque ad, *Locus ſic habet*, excluſ. — Eodem cap. ad illud, *Per cunctas familias ſuas*, fol. 179. pag. 1. C. poſt. *Familias ſuas*, dele uſque ad Hebraicum, *Colbith*, excluſ. — Cap. 25. ad illud, *Intravit ad ſcortum*, fol. 182. pag. 1. A. poſt illud, *Sæpius admonuimus*, dele uſque ad, *Verborum differentiam*, excluſivè. — Et paulò inferius, poſt illud, *Non prima*, dele uſque ad, *Nam quod*, excluſ. — Num. 29. ad illud

illud, *Tres decimas*, fol.184. pag.1. A. post illud, *Cuique una decima dabatur*, dele usque ad, *Nam & septuaginta*, exclus.

EIVS Epitome, quæ inscribitur, *Thesaurus eruditionis Scholasticæ*. Lipsf. 1571. donec prodeat expurgatio.

BASILIVS Ioannes Herolel.

Seu, *Herold*, *Acropolita* (longè alius ab illo Ioan. Herold. Ordinis Prædicatorum, quem *Discipulum* vocant) Suevus Hœchstettensis ad Danubium, vivebat, & scribebat Latinè, & Germanicè, 1551. multa Philologica, & Historica: plurima etiam transferebat tum ex Græco, tum ex Latino, Italico, & Germanico in aliam linguam.

EIVS *Collectio Zonaræ*, Nicetæ, Gregoræ, & Chalcondylæ, quæ circumfertur cũ Nicephoro Gregora, illustrato per Hieronymũ Wolphium, Basileæ 1562. permittitur, adhibita nota Auctoris damnati & operis permissi. Vid. *Hieronymus Wolph.* 1. Classf.

EIVSDEM *Præfatio in Chronicon* M. Iordanis, Ordinis Prædicatorũ, de Translatione Romani Imperij in Germanos, permittitur adhibita nota damnati auctoris, & operis permissi.

EIVSDEM Præfatio in Librum, qui inscribitur, HÆRESEOLOGIA. 3. Classf. permittitur cum nota Auctoris & operis.

INDICES Librorum PROHIBITORŨ E. V. 74.

EIVSDEM Lib. 6. *De Vrbe, & Regno Hierosolymarum*, quos Nicolaus Brylingerus adiecit Guilielmo Tyrensi Episcopo, de *Bello Sacro*. Basileæ 1540. permittitur, adhibita nota damnati auctoris, & operis permissi. — Ex Cathalogo vero Auctorum expungendum est nomen *M. Lutheri*.

EIVSDEM alia prohibita.

BASILIVS Monnerus.

I.C. German. scribebat, & edebat Francofur. 1560. 1561. Epfordij 1594. Ienæ 1603.

BASILIVS Satler.

Seu, *Satlerus*, German. Theolog. Lutheranus, Augustanæ Confessionis. Scribebat, & edebat Helmstat. 1586.

BENEDICTVS Aretius Bernensis.

German. Theolog. Calvino-Zuinglianus, cuius scripta edebantur Lausannæ, Genevæ, Morgüs, Bernæ, ab ann. 1572. usque ad 1602.

BENEDICTVS Dubenus.

Germanus, Theologus, Lutheranus, Augustanæ Confessionis.

EIVS *Cathalogus Prodigiorum*, quæ paulò ante, In, & post Nativitatem Christi acciderunt, Wirtemb. 1591. donec prodeat expurgatio.

BENEDICTVS Morgenstern.

Theolog. Lutheran. Augustanę Confessionis scribebat, & edebat Francof. 1598.

BENEDICTVS Reinardus.

Seu, *Reinhardus*. I. C.

BENEDICTVS Schurmegistus.

Germanus, minister Bernensis. Lutheran. Theolog. Scribebat, & edebat Basileæ.

BENEDICTVS Szenchiralus.

BENEDICTVS Talmannus.

Seu, *Thalmannus* (quod aliquibus videtur nomen fictitium) sed si verũ, Theolog. Zuinglian. Sacramentarius. Editus Tyguri apud Froschover 1579. 1586. & Heidelb. 1589.

BENEDICTVS Turretus.

Seu, *Turretinus*, Genevensis, Calvin.

BENIAMIN Bonerus Iunior.

Theolog. Lutheran. Augustanæ Confessionis, Francof. 1597.

BENIAMIN Luppius.

BENTANVS ANGLVS.

BERHARDVS Lotius Hadamar.

Theolog. Luther. seu *Gerardi Lorichij Adamarij*, Collectio trium librorum *Racemationum*. Brunonis Seillij de *Missa proroganda*. 1536. & alia Theologica. Coloniæ 1541. Parisijs 1548. & si quid aliud scripsit, prohib.

BERNARDINVS Ochinus.

Seu, *Onichinus*, Senensis, Theolog. Apostata impudentiss. Lutheran. Hæresiarcha.

EIVS opera Italicè, Germanicè, & Latinè, Basileæ, apud Isingrinium, & Oporinum. Genevæ, Augustæ Vindel. edebantur ab ann. 1550. ex Italico, & Germanico in Latinum interpretibus Sectariis Sebastiano Castallione, Cœlio Curione, Thaddæo Duno.

BERNARDVS Autumnus.

Gallus, Niotribigius I.C. & Historicus, Calvinista.

EIVS *Paratitla*, & *animadversiones* in Libros Digestorum, Pandectarum, & Codicis. Parisijs apud Robertum Fouet 1607. Permittuntur apposita nota auctoris & operis.

EIVSDEM *Censura Gallica*, in Ius Civile Romanorum, pars una, & altera. Parisijs, sumptibus Roberti Fouet 1615. 1616. permittitur appositа nota, *&c.*

EIVSDEM in Iuvenalis, & Persij Satyras, Commentationes, Observationes, & Paralipomena, Parisiis apud Robertum Fouët 1607.

Post appositam notam auctoris, & operis libri initio. Cætera permittuntur, simul cum Autumni notis aliis, quibus loca obscuriora Persij, non satis explorata à Casaubono, illustrantur.

BERNARDVS Bongardius. *Theol.*

BERNARDVS Brantius.

Seu, *Bransius*, Theolog. Calvino-Zuinglia. Scribebat, & edebat Francof. 1610.

BER-

BERNARD. Caspari Vreconhortius.

BERNARDVS Copius. *Ostombergas.*

Phil. Luthero-Zuinglianus, & I.C. EIVS *Idea*, seu Partitio totius Philosophiæ. Marpurgi, Typis Pauli Egenolphi 1588. permittitur, sed adhibenda nota Auctori damnato, & operi permisso.

BERNARDVS Glaser. *Philol.*

BERNARDVS Holtorpius.

Poëta, scribebat Francof. 1554. & Lemgovij 1584.

BERNARDVS Kniperdollingus.

BERNARDVS Liblinensis.

Lutheranus, qui scripsit Epistolam ad Simonem Cracoviensem Bibliopolam contra Catholicos Romanos.

BERNARDVS G. Pennotus.

A Portu Sanctæ-Mariæ.

Gallus, Aquitanus Medic. Chimicus. Omnia eius opera.

BERNARDVS Rothmanus. Monasterienſis.

BERNARDVS Stoltovius. Slesvviga.

Holsatus I.C. Luther. Collega Argentoratensis, ex Collectoribus Pandectarum. Vid. *Collegium Argentoratense* 3. Classf.

BERNARDVS Textor.

Theolog. Calvino-Zuinglianus, scribebat & edebat Herbornæ 1596. 1597.

BERNARDVS Zieglerus.

Theolog. Luther. Profess. Lipsiensis.

BERTHOLDVS Hallerus.

BERTHOLDVS Sprocovius.

Pastor Erfurtensis, German. Theolog. Lutheran. Scribebat, & edebat Erfurti 1578.

BERTRANDVS Loquæus.

BILIBALDVS Pirckheimerus.

Germanus, Theologus, & Philos. Luther. Scribebat, & edebat ab anno 1526. Norimbergæ, Tubingæ, Francof. Basileę.

EIVS de *Valore priscorum Numismatum.* Tubingæ 1533. — Item *Germaniæ explicatio* ex variis Auctoribus. Augustæ 1530. Franc. 1532. & Wittemb. 1571. — Item Commentarius *in primum Librum Ptolomæi.* — Item de *ratione conscribendæ Histor.* — Item *Defensio Podagræ* Argentinæ. 1570. permittuntur apposita nota damnati Auctoris, & operis permissi.

BILICANVS Theobaldus.

BONAVENTVRA *Cornelius Bertramus.*

Theolog. & Philolog. Calvino-Zuingl.

EIVS de *Politia Iudaica*, tam civili, quàm Ecclesiastica. Genevæ, apud Eustathium Vignon 1580.

In ipso titulo, post illud, *Cornelio Bertramo*, adde, *Damnato auctore, opus vero cum expurgatione permissum.* — Deinde expungatur Epistola dedicat. cum inscriptione, quæ incipit, *Theodoro Bezæ*, &c.

EIVSDEM Bonaventuræ Cornelij Bertrami, *Comparatio Grammaticæ, Hebraicæ, & Arameæ*, apud Eustathium Vignon 1574.

In ipso Libri initio post titulum, adde, *Auctor damnatus, liber cum expurgatione permissus.* — Pag. 3. eiusdem Epistolæ: in medio, post illa verba, *Eius linguæ monumenta*, dele usque ad, *Immanueli Trem.* exclus. — Ex Præfatione, quæ incipit, *Initia comparationis*, pag. 13. in fine post illud, *Quamvis muto*, dele usque ad, *Vsus sum ad expediendas*, excl. — Deinde dele totum Epigramma Antonij Fayi, simul cum inscriptione, quod incipit, *Ausonio, Gracoque favo.* — Eadem pagina ante finem ex Epigrammate, quod incipit: *Cui pectus sublime*, post versiculum, *Interpres dio nobilis eloquio*, dele usque ad finem. — Pag. sequenti dele totum Epigramma, quod incipit, *Matris, ut effigies*, simul cum inscriptione.

EIVSDEM *Annotationes*, seu Additiones ad Thesaurum Santes Pagnini. Vid. in Santes-Pagnino 2. Classf.

EIVSDEM *Grammatica Hebræa*, permittitur expuncta præfatione, & apposita nota solita.

NDICES
Librorum
ROHIBITORŪ
E. V.
24.

BONAVENTVRA Vulcanius.

Seu, *Vulcanus*, Brugenſis, vulgò, *Smetius*, Calviniſta, & linguæ Græcæ Profeſſor Leidenſis.

ELVS in *Iſidorum Hiſpalenſem*, & Martianum Capellã varię lectiones, & Scholia, cum Præfationibus. Baſileæ per Petrum Pernam 1577. —Epiſtolæ duę ad Georgiũ Douſam, de quo vid. in Georgio Douſa 1. Claſſ. — Eiuſdem *Apuleius auctus*, interpolatus, & nitori ſuo reſtitutus, apud Chriſtoph. Rapheleng. 1600. — Eiuſdem in *Callimachi*, *Moſchi*, & *Bionis Hymnos*, & Epigrammata notationes. Antuerpiæ apud Plantin. 1584. — *Agathias*, cum eiuſdem notis. Lugdun. Batau. 1597. — *Conſtantinus Porphyrogeneta*, cum notis, &c. apud Plantin. 1588. — *Gloſſaria latino græca*, cum notis 1600. — Ariſtoteles, de *Mundo*, Græcè, & Latinè cum commentario. Permittuntur hæc omnia, adhibita ſemper Vulcanio nota damnati auctoris, & operis permiſſi.

EIVSDEM, de *Litteris, & Lingua Getarum, ſive Gothorum*, &c. Liber. Item de *Notis Lombardicis*. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium 1597. permittitur, adhibita nota præſcripta auctoris, & operis.

Notandum, quod quamvis quædam Fragmenta Scripturarum, videlicet, Canticum B. Mariæ, Simeonis, & Zachariæ, & initiũ Geneſis, & Canticum Salomonis linguis quibuſdã vulgaribus, eo Libro cõtineantur, quæ ex Regula generali prohibenda videbantur: quia tamẽ vulgares illę linguæ, & valde antiquę, & nimium obſoletæ ſunt, & non tam uſui alicui ſervire poſſunt, quam pro quodã linguæ exemplo, & indicio, ſine ullo (ut videtur) incommodo, permittuntur. Expurganda tamen, quæ ſequuntur.

Pag. 97. ad finem, poſt illa verba, *Iſlandica lingua expreſſum*, dele tres ſequẽtes lineas, quibus hortatur ad lectionem Vulgatium Bibliorum Cymbricorum, & Iſlandiorum. — Et ex initio pag. 48. dele tres alias lineas, uſque ad, *Ac denique Libro*, excluſ.

EIVSDEM *Philoxenus*, ſive Theſaurus utriuſque linguæ, & aliorum veterum auctorum Gloſſaria, Lugduni Batavorũ 1600. Sicut etiam *Notæ & caſtigationes* in Gloſſaria permittuntur, adhibita præſcripta nota. Et ſimiliter verſio, & *Notæ Conſtantini Porphyrogenetæ* de *Thematibus Imperij Orientalis*, qui ſimul cum Meurſio in eundem Conſtantinũ circumfertur, ex Officina Elzevir. Lugduni Batavorum 1617. Adhibenda vero ſua nota *Vulcanio*, tũ præterea Ioanni *Leunclaio*, qui primus edidit Latinam verſionem aliquot *Conſtitutionum Novellarum*, & notas adiecit.

Alia denique eius opera, quæ varia ſunt, & per varios Auctores, quos vel recenſuit, vel tranſtulit, & evulgavit, prohibita ſunt.

BRVNO Quinos.

BVRCHARDVS Harbardus.

Seu, *Harbrardus*, Theologus, Lutheranus, Auguſtanæ Confeſſionis, Scribebat Wirtemberg. 1590.

BVRCHARDVS Harbaſt.

Seu, *Harbarz*, ſeu, *Harbarzus*, Theolog. Lutheran. Auguſt. Confeſ. ſcribebat apud Voigt, 1609.

BVRCHARDVS Leemannus.

Tigurinus, Theologus Zuingl. ſcribebat, & edebat Tiguri, apud Froſchoverum, 1583.

BVLLINGAMVS Anglus.

EN CASTELLANO.

BERNARDINO Ochino.

Autor condenado.

Sus *Dialogos* del *Purgatorio*, ſe prohiben con todo lo demas que eſcrivio.

EN FRANCES.

BARTHELEMI Causè.

Calvinian. ſe prohiben todas ſus obras.

BERTRAND. Loque.

Calvin.

Su *Traicté* de *l'Egliſe*, &c. Geneva 1577. ſe prohibe.

SECVN-

SECVNDA CLASSIS.

IN QVA

Libri certorum AVCTORVM *prohibiti, aut expurgati, &c.*

B

BAPTISTA Cremensis.

Eius opera omnia.

BAPTISTA Fulgosus.

Seu, *Fulgosius.*

ELVS *De dictis, factisque memorabilibus*, collectanea, Mediolani, apud Iacobũ Ferrariũ 1509. & posteà à Iusto Guiliardo locupletata, Coloniæ apud Millium 1604. & Antuerpiæ 1565. & Parisiis, 1578. & 1589. Circumfertur etiam in Libro, qui inscribitur, *Exempla virtutum, & vitiorum.* Basil. 1555.

Vbi fuerit Præfatio, quæ incipit, *Inter cætera*, & in margine fuerit, *Notatiuncula Mixti Historici*, adde, *Plerique istorum sunt damnatæ memoriæ.*

Lib. 1. cap. 1. *De Religionis cultu.* §. 19. qui inscribitur, *Recentiora de Marco Flavio Valerio*, dele à principio septem lineas, usque ad, *Cæterum gentilitate*, exclus. — Et post alios viginti unum §§. Titulo de *Ludovico Gallorum Rege*, ubi legitur, linea ultima, *Non minus sæva in Hæreticos*, lege, *non minora.* — Et post alios novemdecim §§. titulo *De Ioanne Vicentino*, dele integrum §.

Cap. 6. quod est de *Mirabilibus.* §. 62. de *Heraclio Imperatore*, paulò ante finem, post ea verba, *quæ poscerentur, eos præstabat*, dele septem lineas, usque ad, *Omni igitur*, exclusivè.

Lib. 3. cap. 3. *De patientia*, §. ante finem qui est, *De Ioanne, atque Hieronymo Hus*, linea ultima, post illa verba, *Cõsumpti sunt* dele reliquum. — Et §. sequenti antepenultimo, de *Margarita Tridentina*, ubi legitur, *Crudeliter comburi maluit*, dele vocem, *crudeliter.* — Cap. 7. *de sui ipsius confidentia.* §. 4. à fine, de *Ioanne Zisca*, post illa verba *faciendum censeret*, dele lineam, usque ad, *Multis præliis*, excl. — Cap. 8. de *Constantia.* §. 19. de *Gregorio VII. Pontifice Maximo*, post illa verba, *Proposito dimoveri potuit*, dele reliquum.

Libro 4. cap. 1. *De animi moderatione*, §. trigesimonono, de *Imberto Delphino*, post illa verba, *Religioni se dicavit*, dele reliquũ. — Et cap. 3. de *Abstinentia*, Titulo de *Zenovia Palmyrensium Regina*, ad finem post illa verba, *Labem non incurreret*, dele duas lineas, usque ad finem §. — Et titulo de *Clemente IIII. Pontifice*, paulò post mediũ, post illa verba, *Laudetur, haud indigna*, dele decem lineas, usque ad finem §. — Cap. 8. de *Liberalitate.* Titul. de *Apollinari Alexandrino*, dele quinque lineas à principio, & incipe ab illis verbis legere, *Inter hos cũ Alexandrinus*, &c.

Libro 6. cap. 2. *De ijs, quæ libere facta, vel dicta sunt* §. 37. de *Ioanne Capocio*, dele integrum §. cum toto sequenti, *De Velano Provinciæ*, &c.

Libro 7. capit. 2. in fine, dele ultimum §. qui inscribitur, *De Pio II. Pontifice.* — Et capit. 3. de *Astutè dictis, atque factis*, dele §. vigesimum tertium

NDICES
Librorum
ROHIBITORŨ
E. V.
Z 4.

cum sua inscriptione, de *Ioanne Septimo*, &c.

Lib. 8. *De reis magnorum criminum*, cap. 1. §. 18. *De Paulo Apostolo*, lin. 2. dele illa verba, *Plusquam opus esset*. — Et post 5. §§. Titul. de *Ioanne Chrisostomo*, post medium, ubi legitur, *Populus superstitione motus*, lege, *Religione motus*. — Et cap. 6. *De ijs, qui in alios animadverterunt*, §. 8. *de Innocentio VII.* dele integrum.

Lib. 9. de *Hominum luxu*, §. trigesimo, de *Petro Riario*, ad medium, post illa verba, *Patiatur locus occupare*, dele reliquum. — Cap. 2. de *Credulitate*, §. 9. de *Davide Iudæorum Rege*, expunge integrum. — Cap. 3. quod est, *De ira, atque odio*, dele integrum, §. de *Stephano VI. Pontifice*, & paulò inferius, dele integrum quoque, de *Bonifacio VIII. Pontifice*. — Cap. 4. quod est, de *Avaritia*, dele integrum, §. de *Benedicto Pontifice*. — Cap. 5. quod est, de *Superbia*, dele integros, §§. de *Ioanne Duodecimo Pontifice*, & de *Bonifacio VII. Pontifice*. — Cap. 6. quod est, de *Perfidia, & proditione*, dele integrum, §. de *Paulo Fulgosio Cardinali*. — Cap. 10. quod est, de *Vindicta*, dele integrum, §. de *Davide Iudæorum Rege*. — Cap. 12. quod est, de *Inusitatis mortis generibus*, dele, §. de *Anastasio Secundo Pontifice*.

Baptista Mantuanus.

Ex lib. 3. sui Alphonsi, ubi inferorum loca describit, dele ab illis verbis: *Hic pendebat adhuc*, usque ad, *& Pontificalis adulter*.

Barthol. Carrança. *Mirandensis*.

Eivs Catechismus Lingua vulgari, seu quacumque alia.

Bartholomæus Chassanæus.

Eivs *Cathalogus Gloriæ Mundi*. Venetijs, & Francof. ad Mænum 1579. 1586. & 1612. corrigendus.

Parte 1. Consideratione 38. conclus. 48. §. *Ista Conclusio*, in fine, fol. 20. col. 3. vel pag. 58. col. 2. dele, *Et in talibus casibus*, usque ad, *Ponit tamen*, exclus. & scribe ad marginem, *Duella non nisi auctoritate publica, & raro permissa*.

Part. 3. Consider. 23. §. *Et Sacrosancta*, fol. 83. col. 1. vel pag. 240. col. 2. dele vocem, *Sacrosancta*.

Parte 4. Consider. 6. §. *Item etiam*, fol. 97. col. 4. post medium, post, *Secundum ordinem Melchisedech*, dele tres alias columnas sequentes, usq; ad illa verba, *Qui etiam de Christo ultra ea, quæ sunt scripta*, exclus. — Considerat. 69. §. *Sed cum sint minores*, fol. 113. col. 3. ante medium, post illud, *Contendere de paritate*, dele usque ad, *Sed tunc illud*, exclus.

Parte 9. Considerat. 4. fol. 192. col. 4. vel pagin. 551. col. 1. expungatur totus §. *Crederem quod iste*.

Parte 10. Considerat. 19. fol. 212. col. 3. vel pag. 612. col. 1. post verba, *Alias scientias*, adde *naturales*. — Et inferiùs, §. *Origo iuris*, ibi, *Sed melius dicendum*, dele, *melius*, & repone, *omnino*.

Bartholomæus del Castello.

Ordinis Capuccinorum.

Eivs liber de *Vnione animæ cum Deo*, prohib.

Bartholomæus Cocles.

Eivs *Anastasis Chyromantiæ, & Physiognomiæ*. — Item, *Physiognomiæ*, compendium. — Item, *Chyromantia*, quæ huic compendio accessit. Vtrumq; quidem *Cocliti* inscriptum, tametsi Andreæ Corvo verius tribuatur, prohibentur.

Bartholomæus de S. Fausto.

Aliàs *Pierus, Siculus, Platiensis*.

Eius *Thesaurus Religiosorum*. Lugduni, sumptibus Claudij Landry, 1624. nisi corrigatur.

Lib. 8. quæst. 18. pag. 601. num. 1. qui incipit, *Respondeo, omnes in universum Religiosos*, &c. — Et num. 2. qui incipit, *Ex quo sequitur essentia paupertatis Evangelicæ*, &c. — Et num. 3. qui incipit, *Ex quo sequitur, quod ad constituendum aliquem Religiosum*, &c. Scribe in margine *Pro num. 1. & sequentibus, hoc intellige in alijs Religionibus, & Religiosis, præter Societatem Iesu, ut idem auctor tenet lib. 5. q. 12.*

Bartholomæus Ferrariensis.

Eivs Liber de *Christo Iesu abscondito, pro solemnitate corporis eiusdem Domini nostri*. Venetijs, per Cominum de Tridino 1557. corrigatur.

Lib. 1. fol. 12. pag. 2. ante medium, ibi, *Debe-*

Debemus ipsum solum orare, dele, *solum*. — Eadem pagina, ad finem, ibi, *Ipsum solum orando, per ipsum solum optata postulando*, delebis vocem, *solum*. — Folio 43. pag. 1. in fine, post illud, *David, Salomon, Petrus*, dele usque ad, *per diversas vias secuti*, exclusivè.

Lib. 2. fol. 100. pag. 2. à medio, post illud, *Sit ipsa concupiscentia*, dele usque ad, *De qua Christus tentari noluit*, exclus.

Libro 3. fol. 185. pagin. 1. ante medium, post illud, *Quod fuerit prædestinatus*, dele usque ad, *Tertio probatur sic*, excl.

Bartholomæus Fumus.

Eius *Summa Armilla*, nisi corrigatur. Parisiis, apud Martinum Iuvenē, 1561. aut ex quacumque alia impressione.

Verbo, *Ecclesia*, numer. 1. in illis verbis, *Ecclesia, quæ*, &c. dele, *est congregatio solum bonorum*.

Bartholomæus Ianoes.

Eius Liber, *De Adventu Christi*, prohib.

Bartholomæus Lochiensis.

Eius Liber inscriptus, *Christus Xilonicus*, prohibit.

Bartolomæus Milletot.

Eius Liber de Casibus, in quibus sæculares iudices, habent potestatem in Ecclesiasticos, Gallicè, aut quacumque lingua, prohib.

Bartholomæus de Saligniaco.

Eius *Itinerarium* 1587. sine nomine loci, aut Typographi. Circumfertur autem cum Itinerario Burchardi. Marpurgi 1593. sic corrigendum.

In quarto Tomo, capite 3. dele, *Nec ideo tamen*, usque ad, *hoc loco*, exclus.

Tom. 8. cap. 1. §. *Prima natio*, dele ab illis verbis, *Fuerit enim eorum*, usque ad §. *Natio secunda*, excl. — Et in eodem §. dele ab illis verbis, *Inter Latinos*, usque ad §. *Tertia natio*, exclusivè.

In D. Basilivm.

Eius Operum. Paris. apud Michaëlem Sonnium 1603. Notæ marg. & Index corrigendus.

In Hom. in Psalm. 32. pagin. 87. colum. 1. ante medium, dele marg. *Omnia opera, &c.* — In Hom. *De humilitate*, ante med. pagin. 305. column. 2. in fine, dele marg. *Sola fides*, &c. — In Indice, dele, *Adorare Deum non licet nisi in Aula, id est Ecclesia.* — *Fidei solius*, &c. — *Omnia opera*, &c.

Eivsdem Sancti Basilij editio Venet a, ad signum Spei, ann. 1548. per Ianum Cornarium auctorem damnatum, dele in Indice.

Opera etiam iusta, nisi adsit charitas esse iniqua. — Item, *Adorare Deum non licet, nisi*, &c. — Item *omnia opera*, sicut in Editione Parisiensi. — Et præterea in Præfatione, adhibe notam damnati auctoris Iano Cornario. — Item in Editione Parisiis, de officina Novelliana, apud Sebastianum Cramoysi 1608. — Ex Indice dele *Adam condemnatus*.

Basilivs Ponce.

Eius tractatus de *Impedimentis matrimenij*, Salmanticæ 1613.

Cap. 6. §. 2. quod est de *remedio inspectionis ad experimentum Virginitatis*, initio, post illa verba, *& maleficiatis planum est*, dele 4. lin. usque ad, *at multa sunt*, exclus. — Sicut & ubicumque illa fabulosa inspectio virginitatis sanctissimæ Virginis Mariæ omninò explodenda est.

Beatvs Rhenanus Zelestadiensis.

Eius Epistola, de *Primatu Petri*, prohibetur, Vbicumque reperiatur, sivè seorsum, sivè Libro 10. operis ad Fridericum Nauseam.

Eivsdem *Rerum Germanicarum*, Lib. tres Basil. 1531. & 1551. apud Ioan. Frobenium.

In Epistola Dedicatoria, quæ incipit, *Præclare de mortalium*, estque Ioannis Sturmij, appone illi debitam notam Auctoris damnati.

Eivsdem in Tertull. Annotationes, ex Parisiēsi, poterūt sic corrigi; variæ Tertulliani Editiones, cum Annotationibus Rhenani 1608. Prima Parisiensis, apud Commelium 1608. Secunda Basiliens.

INDICES Librorum PROHIBITORŪ E. V. 24.

lienſ. apud Frobenium 1528. Tertia Pariſienſ. 1545.

Quę circúferuntur cum operibus Tertuliani, in *Bibliopolio Commeliano* 1608.

In lib. *De Pœnitentia*, deleatur totum Argumentum eiuſdem lib. quod incipit, *De Pœnitentia ſcripturus primum Ethnicos notat*, &c. finitur autem, *Exomologeſim, velut actum pœnitentiæ.* — In Annotationibus eiuſdem lib. ad fin. pag. 15. col. 2. à med. ad verba illa, *Inſtitutam à Domino Exomologeſim*, poſt illud, *à Domino inſtitutum iſtum pœnitentiæ actum*, dele uſque ad finem libri.

In lib. de *Corona Militis*, pag. 41. col. 2. à med. poſt illud, *Conradus Pellicanus*, dele uſque ad, *Vbi prohibetur, ne quicquam*, excluſivè.

Pag. 43. col. 1. ad fin. ad verba illa, *Oblationes pro defunctis*, poſt illud, *Annuis diebus dormitionis eius*, dele uſque ad, *Sed & in conciliatione*, excluſ.

Pag. 46. col. 2. ante medium, ad verba illa, *Conquirendum, an in tot Chriſt. mil. conu.* deleatur tota Annotatio, quæ incipit, *Qui non permittit*, &c. uſque ad verbum, *Eierare*, excluſ.

In Argumento libri de Præſcriptionibus adverſus hæreticos, quod incipit, *De præſcriptionibus adverſus*, &c. pag. 52. col. 2. ante medium, poſt illud, *Apoſtolicam, à qua reliquæ*, dele uſque ad, *Præſcribit adverſus hæreſes*, excluſ.

In Argumento lib. adverſus Valentinianos, p. 60. col. 1. in medio, poſt illud, *Divinitatis myſteria proponebat*, dele uſque ad, *Cupiebat hic præſtigiator*, excluſ.

In Argumento libri, *De carne Chriſti*, pag. 83. col. 2. ſub initium, poſt illud, *Mutuatum eſſe carnem*, dele uſque ad, *Citat ex hoc libro Tertullianum*, excluſ.

In lib. 1. adverſus Marcionem, pag. 92. col. 2. in fine, poſt illud, *Infra ſcripſimus, planè inimicè*, dele uſque ad, *Hypocritam ut apocartereſi*, excluſ.

In Argumento lib. 5. adverſus Marcionem, pag. 104. col. 1. in medio, poſt illud, *Libris ante tractatum eſt*, dele uſque ad finem Argumenti.

In Argumento lib. de *Exhortatione caſtitatis*, pag. 110. col. 2. in medio, poſt illud, *Adverſus Eccleſiam ſcriptum*, dele uſque ad fin. Argumenti.

In Exemplari Baſileę, apud Frobenium, impreſſo anno 1528. in Argumento libri de *Præſcriptionibus Hæreticorum*, deleantur illa verba, *Ex hoc libro facilè liquebit lectori, qui non ſit omnino ſtupidus*, & quæ ſequuntur uſque ad finem Argumenti.

Ex lib. 4. adverſus Marcionem, ſtatim poſt num. 50. vel 51. fol. 97. (propter varias impreſſiones) deleantur illa verba, *Baptiſmus, & Euchariſtia, duo Sacramenta primitivæ Eccleſiæ*, in margine.

In libro de *Monogamia*, fol. 206. expungantur duæ notæ marginales, prior, *Anniverſariorum ſacrorum*, &c. poſterior, *Quare ceu nuper*, &c. Et aliæ his ſimiles.

In Editione Pariſienſi, anni 1545.

Notandum, quod hæc editio ab alijs in Librorum Tertulliani ordine, & foliorum numero longè diſcrepat, ſed cui facilè accommodari poterit expurgatio ſubijcienda.

Igitur in ipſa inſcriptione poſt verba illa, *Divus Cyprianus*, dele uſque ad, *Primum è tenebris*, excluſ.

In Epiſtola ad Stanislaum Turzum, *Quum in hoc verè aureo*, &c. deleantur Encomia Hutteni, Vadiani; & ſimilium hæreticorum.

In Argumento libri, *De carne Chriſti*, folio 6. pag. 1. in fine, dele, *In hoc libro ſunt*, uſque ad, *Citat ex hoc libro*, incluſ.

In Argumento libri, *De præſcriptionibus*, fol. 33. ſub initium, dele, *Hanc nulli loco affigit.*

In Annotationibus in lib. 1. *Contra Marcionem*, fol. 52. num. 10. dele, *Sanctiorem cibum*, uſque ad, *Hypocritam*, excluſ.

In Argumento libri 5. fol. 103. pag. 1. in ultimis ferè lineis ipſius argumenti, dele, *Porrò quod*, uſque ad finem.

In Argumento libr. *Contra Valentinianos*, fol. 127. pag. 1. lit. A. dele, *Vide quantum*, uſque ad, *Cupiebat*, excluſ.

In Annotationibus ad librum, *De Corona militis*, fol. 156. pag. 1. lit. E. dele, *Homo miræ ſanctitatis, & eruditionis.*

Et fol. 157. pag. 1. lit. B. dele, *Vnde Anniverſariorum*, &c. uſque ad, *Sed & in conciliatione*, excluſ.

Et fol. 158. pag. 2. litera I. ſeu num. 9. dele, *Qui non permittit*, uſque ad, *Eierare*, excluſ.

In Annotationibus ad librum de *Pœnitentia*, fol. 170. dele poſtremas lineas, *Vnde & Exomologeſis*, &c. uſque ad finem.

In Argumento libri *Exhortat. ad caſtitatem*, fol. 197. pag. 2. dele, *Quamquam veteres*, uſque ad finem.

In Libro *De Monogamia*, fol. 206. pag. 1. dele

dele notas marginal. *Origo Anniverſar. &c. quam rem ceu*, &c.

BENEDICTVS Anglus de Confeld.

Eius *Regula perfectionis*, continens breve, & lucidum compendiũ totius vitæ ſpiritualis redactæ ad unicum punctũ voluntatis divinę. Pariſiis apud Carolum Chaſtellan,& Colonię apud Crithium. 1610. Prohibetur.

BENEDICTVS Arias Montanus.

Hiſpalenſis, vir fuit de Eccleſia Catholica,& de Sanctarum Scripturarum ſtudio benemeritus, necnon linguarum varietate apprimè excultus.

EX EIVS commentariis in Iſaïam Editionis Antuerpienſis 1599.

Cap.1.pagin.43. ad illa verba, *Quo mihi multitudinem*, &c. Vbi, *De Sacrificio Miſſæ incruento*, &c. ſcribe in margine, *Eccleſia & nos etiam nunc illud offerimus.* — Eod. cap.1. pag. 52. ſuper illud, *Si fuerint peccata veſtra, ut coccinum*, ad verba illa, *neque enim ante Chriſti mortem, & reſurrectionem*, &c. Scribe in margin. *Cautè lege, quæ hoc loco dicuntur de juſtitia, & ſanctitatis munditie veterum Patrum, & Sanctorum novi Teſtamenti*: & de concupiſcentia, ut inferiùs notabitur. — Item cap. 6. ſuper illud, *Princeps pacis*, pagin. 228. — Et iterum c. 32. ſuper illud, *cultus iuſtitiæ ſilentium*,pag.729. ſub init. ad verba illa, *cum ſuis concupiſcentiis*, &c. quibus locis agit. *De pace concupiſcentiæ*,inter carnem & ſpiritum per Chriſtum, quaſi de extincto fomite:ſcribe in marg. *Intellige eo modo,quo idem auctor loquitur Ioelis Secundo*, ſuper illa verba, *Et eum qui ab Aquilone eſt*, &c. pag.227. *cum ibi ſcribit, de quo domeſtico, & perpetuo hoſte*, &c.

EX EIVSDEM Commentario in 12. Prophetas minores. Antuerp. ex officina Chriſtophori Plantini 1571. & 1583. quæ poſterior editio in aliquibus locis correctior eſt.

Ex OSEA Propheta cap. 10. ſuper illud, *Seminate vobis*,pagin.173.lin.35.ad illa verba, *Verum enim verò*, uſque ad, *huius olim*, excluſ.in lin.53. — Et pagin.174. lin.3.in illis verbis, *nullam igitur occaſionem*, &c. uſque ad, *Et metite in ore miſericordiæ*,&c. excluſ. ſcribe in marg. *Quæ hic de duplici iuſtitia,& duplici fide diſſerit, cautè ſunt legenda,iuxta notata ſuper Iſaïam.*

In eod. OSEA,cap. 14. ſuper illa verba, *vocantibus medebor*, pag. 212. lin. 12. in illis verbis,*igitur cum primum*,uſque ad, *neq; verò aliã*,excl. in lin. 25. — Et cap. 12. ſuper illa verba,*eum,qui ab Aquilone*, p. 253. lin. 16. in illis verbis, *in Hebraïcis verò*, &c.uſque ad,*Hic adeo latens*,excluſ. ſcribe in marg. *Quæ hic de concupiſcentia, & radice peccatorum evellenda, & de concupiſcentia piiſſimorum hominum*,&c.*cautè lege,iuxta ſupra notata in Iſaïam.*

IN HABACVC,cap.1.ſuper illa verba,*cõculcante impio iuſtiorem ſe*, pagin. 574. ante finem,vel pagin. 636. in illis verbis, *utilis etiam eſt*,uſque ad, *atque inter hos*, excluſ. ſcribe in marg.*Cautè lege, quæ hic dicuntur, de non condemnatis antiquis Philoſophis moralibus.*

IN ZACHARIA Propheta cap.2.ſuper illa verba, *Et poſſidebit Dominus*, &c. pag. 789. lin. 32. in illis verbis, *Hic verò populus*,&c. uſque ad,*Hæc brevis quædam*, excl. —Et inferiùs ſuper illa verba,*eliget adhuc Ieruſalem*, pag. 790. lin. 1. in illis verbis, *qualis verò*,uſque ad finem,cap.& pag.ſcribe in marg. *Quæ hic inculcat de imperturbata conſcientia ſine carnis rebellione*, &c. *intellige iuxta ſuperius notata.*— Et in eod. Proph. cap. 4. ſuper illa verba, *Et lampas eius*,pag.799.lin.20.in illis verbis, *id quod antiquis*,uſque ad,*quam coronatam*, excluſ. Scribe in margine,*Quæ hic de diverſitate inter iuſtos antiquos dicuntur, intellige iuxta ſuperius notata in Iſaïa,& Oſea.*

IN MALACHIA Propheta,cap.1.ad illa verba,*ab ortu enim Solis*, pag. 935. lin. 49. in illis verbis,*at verò cæteras gentes*, uſque ad illa,*& offertur nomini meo*,excluſ. in pagin.937.lin.40.ſcribe in margine, *Quæ hic dicuntur de gentibus colentibus Deum, Cautè lege, iuxta notata ſuper Habacuc, & omnino intellige hunc locum de ſacrificio Euchariſtiæ.*

EX EIVSDEM *Elucidationibus* in 4. Evangelia. Antuerpiæ 1575.

MATTHÆI cap.5.pag.12.initio in Annotatione ſub litera A.quæ incipit,*Concupiſcentiam antiqui*,ſcribe in margine, *Cautè lege,iuxta notata ſuperius in Iſaïa, & Zacharia.* — Cap. 6. pag. 14. initio ſub lit. B. quæ incipit,*Duplex eſt*,&c. uſque ad,*benignitas*,

NDICES
Librorum
ROHIBITORŪ
E. V.
74.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nitas,excluſ.—Et pag. 17. ſub lit. D. *Nam duplex eſt*,*&c.* vſque ad liter. E. excluſ. ubi agit de iuſtitia comparata,& accepta, in illis verbis,*Nam duplex eſt*, uſque ad liter. E.excluſ.ſcribe in marg.*Cautè lege*,*& intellige iuxta notata ſuperius in Iſaia*, *& Oſea.* —Et cap.11.pag.34.initio, ſub liter. I. in Annotatione, *Venite ad me*, &c. ſcribe in marg. *De extinctione veteris hominis*, &c. *intellige iuxta notata in Oſeæ* 14. *& Zachariæ* 2.—Et cap. 19. pag. 65. ſub lit. E. in illis verbis, *Cognoverunt autem.* — Et ſtatim initio ſeq.pag.66. ſub lit. F. in Annotatione,quæ incipit,*Multi erunt primi*,&c. ſcribe in margin.*Cautè lege*, *quæ hic de peculiari quadam cognitione*, *& promiſſione vitæ æternæ ante mortem iuſtis Novi Teſtamenti*,&c.

Lvcæ cap.1.pag. 183. in fin. ſub lit. K. in illis verbis, *Et corpore peccati*, & in illis, *Idque donum certum*,uſque ad fin.paginę,& Annotationis, ſcribe in marg. *Cautè lege, iuxta notata ſuperius in Oſea*, *& Zacharia.* — Et cap. 12. pag. 229. ſub liter. E. in illis verbis,*Alij autem accepta*,*&c.*uſque ad, *Igitur qui*,excluſ.ſcribe in margine, *Cautè lege*,*iuxta ſuperius notata Matth.* 6. — Cap. 22.pag.263. ſub liter. G. initio in expoſitione verborum conſecrationis, ſcribe in margine, *Cautè lege*, *quod hic dicit de corpore miſtico*,*ne quid lædat fidem de reali præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia.*

In Ioannem cap. 16. pag. 341. ſub litera F. in Annotatione, *Qui à Patre procedit*,*&c.*adde, & ſcribe, *Non ſolum de proceſſione perſonali*,*ſed etiam*,&c.

In Acta Apoſtolorum,cap.19.pagina 427.ſub litera C. in fine Annotationis, in illis verbis,*Nullis vero*, *&c.* uſque ad literam D.excluſ.ſcribe in margine,*Cautè lege*, *quæ hic dicuntur de ſpiritu ſanctificationis ante Chriſti adventum.* — Et cap. 28.p. ult.initio ſub litera C.in illis verbis,*Et corpore peccati*, ſcribe in margine, *Cautè lege*, *iuxta notata ſuperius in Iſaia*, *Oſea*, *Zacharia.*

Ex Eivsdem *Elucidationibus* in omnia Sanctorum Apoſtolorum ſcripta, & in Apocalip. Antuerpiæ, ex officina Chriſtophor. Plantini 1588.

In *Diſputatione de Chriſti Ieſu veritate*, quæ incipit,*Quamquam primis illis*,*&c.* pagina 12.ſcribe in margine, *Caute lege*,quæ in tota hac diſputatione ſcribũtur,de gratia Novi Teſtamenti,quaſi in illius electis extinguatur fomes peccati. De quo vid. notata ſuperius in Oſea,& Zacharia. — Et pag.17.§.*Neque vero*,ſcribe in margine, *Cautè lege*, *iuxta ſuperius dicta de fomite*, *& concupiſcentia.* — Pag. 20. §. *Neque verò*,*aut rariora*, in illis verbis, *Super omnem humanam aleam conſtituti*,ſcribe in margine, *Cautè lege*, *iuxta ſuperius dicta*, *de gratia Novi Teſtamenti.* — Pagina 22. §. *Illud præterea*,ad finem in illis verbis, *Nam illis morte*,*&c.*uſque ad, *Cui rei*, excluſ. ſcribe in margine, *Cautè lege*, *iuxta ſuperius notata.*

In Epistola ad Romanos,cap.4.ſuper id,*Quid ergo dicemus*, *&c.* pag. 46. ſub num. 1. in illis verbis, *Obtinendum quidem*, &c.uſque ad,*Ideo hanc fidem*,excluſ.ſcribe in margine,*Quæ auctor hic diſſerit*, *de reputatione iuſtitiæ*, *accipienda ſunt de iuſtitia verè inhærente*, *ſicut ipſe ſe explicat*, Pſal. 31. verſic. 2. in illis verbis, *Homo quidem*, &c.

In Epistola ad Galat. cap. 3. pagina 201.ſuper id,*Sicut Abraham*,ſub num. 6. in illis verbis, *Promiſit autem*, *&c.* uſque ad numerum 7.excluſivè. Scribe in margine, *Non negat veram fuiſſe inhærentem iuſtitiam Abrahami.*

In Epistola ad Coloſſenſ.cap.2. ſub num.14.pag.250. in illo verbo, *Peccatique corpus.* Scribe in margine, *Quod hic dicit*, *peccatique corpus*, *ſi intelligat de concupiſcentia*, *cavendum eſt*, *iuxta ſuperius notata in Oſea*,*Zacharia*,*Matthæo*,&c.

In 1.ad Theſſalon. cap. 5. ſub num. 23. ſuper illud,*Deus pacis*,&c. pag. 264. ad finem in illis verbis,*Humanum illud*,&c.vſque ad,*Qui legit*,excluſ.Scribe in margine. *Cautè accipe*, *quod dicit*, *de extinctione concupiſcentiæ*, *iuxta ſuperius notata in Epiſtola ad Coloſſ.*

In Epist.ad Hebræos,cap.9.ſub num. 9. pag. 330. ſuper verba illa, *Perfectum facere*,*&c.*uſque ad,*Hoc igitur*, excluſ. Scribe in margine,pag. 330. ubi iterum inculcat, *Ablationem corporis peccati*, & concupiſcentiæ. *Cautè lege*, *iuxta ſuperius notata de extinctione fomitis.* — Et cap. 10. pagina 334. num. 2. ſuper illa verba, *Semel mundati*,ſcribe eandem cautionem.

In Epist.1.Petr. 1. ſub num. 1. pagina 388.in illis verbis, *Apud Eccleſiam Dei*,uſque ad,*Coæquale nobiſcum*,excluſ. Vbi iterum inculcat illud peculiare donum quorundam iuſtorum,ſcribe in margine,*Cautè lege*, *iuxta ſuperius notata ſuper Matthæum*,*& ſuper Prophetas.*

In

In Epiſt.1. Ioan.3. ſub num.4. ſuper illa verba, *Qui peccatum*, &c.pag.408.uſque ad num.5.excluſ. Vbi iterum hæret in illa ſua ablatione fomitis,& cõcupiſcentiæ,ſcribe in margin. *Cautè lege, iuxta ſuperius notata de concupiſcentia ſuper Matthæum, & ſuper Prophetas.* — Et cap.4. ſub num. 1. pagina 411.ſuper illa verba, *Multi pſeudo-prophetæ*, in illis verbis, *Spiritus ſanctificationis antiquis*, &c. Vbi negat ſpiritum ſanctificationis fuiſſe datum antiquis Patribus, ſcribe in margine, *Cautè lege, iuxta ſuperius notata, ſuper Iſaiam, & ſuper Oſeam*, &c.

In Apocalyp. ſcribe in marg. Cum omnia huius Libri myſteria Arias referat ad triplicem hominis naturam, ſeu conditionem, *Divinam, Humanam, integram, & humanam lapſam*, quæ ſapiunt illam ſuam extinctionem fomitis in Sanctis Novi Teſtamenti, præ antiquis, quam ſæpè repetit, cautè legendus eſt.

In Eivsdem Libris octo, *Generationis, & regenerationis Adam*, &c. Antuerp.1593. Lib.2.c.4.p.91. §. *Hæc itaque exempla*, in illis verbis, *Tentare quidem illa*, uſque ad, *Nõ enim coronabitur*. excl.—Et aliquãto inferiùs in illis verbis, *Quamquam verò*, &c. uſque ad *Quam quidẽ rẽ*, excl. —Et p.92.in fine, in illis verbis, *Metuens interim*, &c. uſque ad, *Et ſub te erit*, excluſ. — Et lib.4. c. 1. §. *Atque hæc haud dubie*, in p.202. uſque ad, *Hanc vero*, excl. in p.205.poſt med.— Et c.2. eiuſdem Libri, §. *Verum enimvero*, pag.207.poſt medium in illis verbis, *Et inferiore nihil pugnante, aut adverſi quicquam agente.* —Et in §. *Atqui lex eadem* in fine, pag.208. uſque ad §. *Hoc itaque*, excluſ.— Et lib.6. c. 9. §. *Verum enimvero*, pag. 327. uſque ad, *Poſtulaverat quidẽ*, excl. — In his locis hæret in oblatione, vel extinctione concupiſcentiæ, abſque ulla pugna, vel rebellione carnis, quæ cautè legenda.

Benedictvs Blancucius.

Eivs *Inſtitutiones in Linguam Sanctam Hebraïcam.* Romæ, apud Bartholomæum Zannetum 1608. corrigendæ.

In altera ad Lectorem Præfat. quæ incipit, *Multi ſunt qui*, &c. longè poſt medium, ubi ait, *Divina eſſentia in tres perſonas diſtincta*, corrige, *Divina eſſentia in tribus perſonis diſtinctis.* — Et pag. 248. ſub Tit. *De radicis verborum inventione.* §. *Primum omnium*, ubi ait, *Vna eſt Divina eſſentia tribus perſonis realiter diſtincta*, dele, *diſtincta*, ſcribe, *diſtinctis.*

Benedictvs Curtius.

Eivs *Commentarij in Arreſta Amorum* 51. Lugduni, apud Sebaſtianum Gryphium 1546. Arreſto 5. pag.63. ſub initiũ, poſt illa verba, *Quoad Epiſcopos, & Archiepiſcopos*, dele uſque ad, *Quod tamen ad noſtram*, excluſ. — Eodem Arreſto, pag. 70. ultra medium, poſt illa verba, *Supervacaneum diſſe rere eſt*, dele uſque ad, *Præſumunt enim S. Pontif. & Epiſcopi*, excluſ. — Arreſto 36. pag. 323. ad finem, dele à principio Annotationis, quæ incipit, *Ioannes Chryſoſtom.* uſque ad. *Ioan. Franciſc. Picus*, excluſ.

Beniaminvs Tudelenſis, &c. Seu Cantaber.

Eivs *Itinerarium*, ex Hebraïco Latinum factum, Bened. Aria Montano interprete, Antuerpiæ, ex officina Chriſtophori Plantini, ann. 1575.

Pag.14.ante med. poſt, *In qua Synagoga ſacra eſt*, dele, uſque ad *Inter quos Magiſtri*, excluſ. — Et ultra medium eiuſdem pag. poſt illud, *Anteſignana eſt*, dele uſque ad *In primis Kalonymos filius*, excluſ. — Et poſt vocem, *filius*, dele uſque ad, *Theodori.* — Et poſt *Theodori*, dele, uſque ad, *Qui prædia, & fundos*, excluſ. — Pag. 16. prope med. poſt illud, *Sunt autem viri*, dele uſque ad, *Prompti ad ſubſidium*, excl. — Et circa finẽ eiuſdem p. poſt illud, *Filium Davidis*, dele uſq; ad *Quem è remotis locis*, excluſ. — Pag. 17.inferius, poſt illud, *ibidem vero*, dele uſq; ad *eſt Abba filius Iſaac*, excluſivè.—Et poſt vocem, *Iſaac*, dele uſque ad, *Inde poſt quatuor*, excluſivè. — Pagina 21. in medio §. *Inventæque ſunt*, ibi, *decem iuſti occiſi*, dele, *iuſti.* — Pagina 22. initio, poſt illud, *Iudæi erant*, dele uſque ad, *præcipue vero erant*, excluſ. — Et poſt illud, *& David*, dele uſq; ad, *indè autem Puteolos*, excluſ. — Pag. 26. initio, poſt illud, *Græciæ regionibus*, dele, uſque ad, *Aaron Cutæus*, excluſ. — Pag.32. prope med. poſt illud, *uti dixi ſunt*, dele, uſque ad, *locus in quo*, excluſ. — Pag. 58. ſub initium, *Hhanan, Hanaſi*, dele, uſque ad, *& Ioſeph cognominatus*, excluſ. —Pag.66. initio, ibi, *legis ſtudio apprimè verſati*, poſt vocẽ, *verſati*, dele omnia uſque ad illud pag. ſequent. ante fin. *Atq; Collegia omnia Iſraëlitarum*, &c. excluſ. —Pag.68. ante mediũ, poſt illud, *uſque ad Indiam*, dele omnia uſq; ad illud, pag. ſequent. prope med. *Sunt autẽ illius metropoleos*, excluſ. — Pag. 69. à medio, poſt illud, *Flumẽ metropolim ipſam*, dele, uſque ad, *eſt autem metropolis ipſa magna*,

NDICES
Librorum
ROHIBITORŪ
E. V.
Z4.

excluſ. —Pag.76.ſub initiũ,poſt illud,*Nomen ſanctum implorantes*,dele uſque ad, *Idẽ etiam precantur*,excl. —Et paulò inferiùs poſt illud, *Hhanan Hanaſsi*,dele uſque ad *Atque homines*, excluſ. — Pag. 112. in medio, poſt illud, *Diſperſi commorantur*, dele, uſque ad illud paginæ ſeq.circa medium, *Hæ igitur metropoles*, excluſ. — Pag. 114. ante medium, poſt illud, *Sibam fluvium ſitam*, dele uſque ad fin. Itinerarij.

BENONIS.

Liber, *De vita Hildebrandi*.Impreſſus cum Concilij Baſilienſis deſcriptione, per Æneam Sylvium, prohib.

BERMVDVS Coveronius, *Vivarienſis*.

EIVS Commentarij, in titul. de *Publicis Concubinis*, prohib.

BERNARD. Giraldus du Haillan.

EIVS *Hiſtoria Regum Franciæ*,prohib.

BERNARD Salignacus, *Burdegalenſ.*

EIVS *Rudimenta Græcae P. Rami Grammaticis præcipuè collecta*. Francof. apud Andream Wechelum 1580.

In prima operis inſcriptione, poſt illud, P. *Rami*, adde, *Auctoris damnati*.

Expungatur Epiſtola Bernardi Salignaci ad Lazarum Schonerum, cui initium, *Scripta Clariſſimi Philoſophi*, &c. — Lib. 1. cap. 18. pag. 58. §. *Hæc generaliter*, poſt illud, *pertinent*, *quas etſi*, dele uſque ad, *P. Ramus noviſſimè*, excluſ.

BERNARDVS Tomitanus.

EIVS Expoſitio in Matthæum, prohib.

BERNARDINVS Teleſius.

EIVS *Rerum natura*. — Item, *De Somno*. Item, *Quod animal univerſum ab unica vi nimæ ſubſtantia gubernatur*, prohib.

BERTRAMVS.

EIVS Liber qui inſcribitur, *De corpore, & ſanguine Chriſti*, prohib.

BERNARD. Zieritz, *Brandemburg.*

EIVS Commentatiuncula de Principũ inter ipſos dignitatis prærogativa, prohib.

BIBLIA Hebraïca, &c.

Eorundẽ Latina Interpretatio Sanctes Pagnini Lucẽſis,benedicti Ariæ Montani Hiſpalenſ.quorũdam aliorum collato ſtudio,&c. Aureliæ Allobrogum, apud Petrũ de laRoviere, 1609. In ipſa prima facie inſcriptionis deleantur illa verba, *Qui vocantur Apocryphi*, ab Hæreticis adiecta.

BIBLIA Pariſijs 1558.

Per hæredes Carolę Guillard.correcta per Ioannem Benedictum,cum annotationibus eiuſdem.

BIBLIA 1573.

Quæ inſcribuntur, *Iuxta vulgatam editionẽ ab aliquibus Theologis Pariſienſibus accuratè recognita*, &c. & cum tribus Indicibus, quorum ſecundus ea,quæ in ſcholijs à Ioanne Benedicto ad marginem digeſtis notatu digniſſima occurrunt, explanat, &c. Pariſiis apud Sebaſtianum Nivellum,ſub Ciconiis,via Iacobæa,1573. Vbi in ipſa prima facie Bibliorum dicitur, *In hac autem editione omnium poſtrema, præter illa quæ in aliis*, &c. *Acceſsit Tertius Machabæorum Liber*, adde ad marginem, *apocryphus*.

BIBLIA Roberti Stephani, &c.

EX Bibliis cum duplici translatione, & Scholiis, *Quæ Biblia Vatabli vulgo dicuntur*,Lutetiæ,ex officina Roberti Stephani,ann.1545.in forma parva.

Poſt inſcriptionem,& poſt illa verba, *Præpoſuimus ad Lectorem Epiſtola*,adde, *Monemus Lectorem, tranſlationem novam, & Scholia horum Bibliorum à Roberto Stephano, Auctore damnato, primùm edita, & depravata fuiſſe*.

Poſt primam Bibliorum inſcriptionem, omnia, quæ ſunt in proxima ſequenti pagina,deleantur.—Poſt Præfationem Roberti Stephani ad Lectorem, dele, *Summam totius Sacræ Scripturæ*, per duas paginas. —Poſt Indicem teſtimoniorũ à Chriſto, & Apoſtolis,in Novo Teſtamento citatorum ex Veteri,&c.expungatur totus alter Index, cuius initium, *Index alter,in quo itidem Novi Teſtamenti teſtimonia ex Veteri*, &c.

In Præfationibus horũ Bibliorũ,quę initio ſingulorũ præfigũtur, in argumẽto in Librũ Iob,quod incipit, *In terra quidem habitaſſe*, poſt illud,*& nomẽ civitatis eius Avith*,dele uſque ad finem Argumẽti.

IN GENESIM.

Cap.6. num. 11. poſt illud, *i. iſta eſt Hiſtoria Noë*,dele uſque ad, *Eundem vocat*, excl. —Cap. 14. num.1. poſt illud, *Erat Babylon*, dele, uſque ad, *Goim, Gentes ſive populi*,excluſ. — Eodem cap.in margine, litera D. dele notam, *Melchiſedech ciuita-*

cibat,&c.—Eodem cap. num. 14. post illud,*Sacerdos Deo altissimo*, dele, usque ad,*Cùm ait Moses*, exclus. — Cap. 15. num. 4.ibi, *Te manet huius tuæ fidei merces*,dele, *huius tuæ fidei*. — Eodem cap. expungatur totus numerus 13.cuius initium,*Et reputavit ei illam*,&c.—Eodem cap. in margine, litera B. dele notam, *Abram fide iustus*.

In Exodvm.

Cap.18.in margine,litera C. dele notam, *Moyses secundum leges Dei*, &c. — Cap. 20.expungatur totus numerus 23. cuius initium.*q.d. Ego externa illa* &c.

In Leviticvm.

Cap. 5. num. 18. post illud, *Gratam Orationem*, dele usque ad finem numeri. — Eodem cap. n. 28. post illud, *Factæ pro peccato,i.*dele,usque ad,*Per eum cuius erat*, exclus. — Cap. 10. n. 31. post illud, *Remittatis iniquitatem*,dele, usque ad finẽ numeri.—Cap.17. in marg. ante literã B.dele notam,*Sacrificia damnat,quæ non fiunt*,&c.—Cap.21.in margine ante literam B.expunge notam,*Sacerdos nõ interfit mortuorum exequijs*. — Eodem capite in margine,litera G. expunge notam,*Promissionis suæ memor Deus*,&c.

In Nvmeros.

Cap.11.in margine,litera B. in nota, *Murmuratio & infidelitas Moysi*, dele, *& infidelitas Moysi*.—Eodem cap. in margine,litera E.dele notam,*Infidelitas Moysi*. — Cap. 23. expungatur totus numerus 26.cuius initium,*Non aspexit iniquitatem in Iacob*,&c.

In Devteronomivm.

Cap. 4.in margine,litera C. expunge notã *Dehortatio à quacumque similitudine*, &c. —Eodem cap.in margine,litera D.tolle notam,*Imagines ne fiant*,&c.—Eodẽ cap. deleatur totus numerus 24. cuius initium, *Corrumpatis, subaudi vos & faciatis*,&c.—Cap. 7. in margine, litera D.dele notam,*Sculptilia, sive imagines*. —Cap. 9. in margine, ante literam B. expunge notam, *Non propter iustitiam, & æquitatem cordis tribuit*,&c.— Deinde paulò inferius,dele illam aliam proximè sequentem marginalem, *Iustitia hominum*.—Cap. 11. in margine, litera D. dele notam, *Benedictio obedientibus verbo*,&c.—Cap. 13. in margine, ante literam B. expunge notam *' pseudo-propheta miraculis à verbo Dei*, &c. — Deinde dele sequentem marginalem, *Miraculis tentat fidem*,&c.—Eodem cap. in margine,litera B.tolle notam, *Occidendus,qui à fide,& fiducia in Deum abducere*,&c.—Eodem cap.ad marginem, litera C.expunge notam,*Civitatẽ,à fiducia in Deum abductam iubet ipso*, &c. — Capit.15.in margine,ante literam B.dele notam,*Alẽdi pauperes,nec permittẽdum*, &c.—Eodem cap.n.23.post illud, *Pauperibus intelligitur*,dele,usque ad finem numeri.—Cap.17.in textu novæ translationis,num.12.post illud,*Et inter plagam,& plagam*,dele, usque ad, *In portis tuis,surge*,excl. — Cap. 18. ad marginẽ, litera D. tolle notam, *Propheta aliud, quàm verbum Dei prædicans*,&c.

In Iosve.

Cap. 1. Expungatur totus numerus 10. cuius initium,*Ire ad dexteram*,&c.

In Regvm I.

Cap. 2. num. 7. post illud, *Vel, Nullas est*, &c.dele usque ad finem numeri.—Eodem cap.num.8.post illud,*Sãctus es,clemens*,&c.dele,usque ad finem numeri. —Cap.7.in margine, ante literam B. dele notam,*Serviendum soli*,&c. —Eodem cap.n.6.cuius initium,*Doctus inter Hebræos*, &c. dele ab initio numeri inclusivè,usque ad illud, *q. d. certè nos sumus*,exclus.—Et paulò inferius eodem numero,ibi,*Corã Domino resipiscẽtes*,pro, *resipiscentes*,reseribe,*Pœnitentes*.—Cap. 12.in margine,litera D.expũge notam, *Propter promissiones suas parcit*, &c. — Cap.15. n. 48. post illud, *q. d. transgredi voluntatem Dei*,dele,usque ad,*Tam grave est peccatum,quàm velle*, exclusive.— Deinde,post illud, *Per quæ futura sciuntur*,dele,usque ad finẽ numeri.—Cap. 17. in margine, litera D. tolle notam, *Davidis fides,& Saülis diffidentia*.

In Regvm II.

Cap.7.in margine,ante literam B.expunge notam,*Nihil vult Deus agi sine*,&c.

In Regvm III.

Cap.8.in textu novæ translationis, n. 96. post illud, *Procul fuerit*, *sive propè*, dele,usque ad, *Supplicaveritque tibi*, excl.

INDICES Librorum PROHIBITORŪ E. V. 74.

— Cap. 11. expungatur totus numerus 6. cuius initium, *Hoc dicitur, nō quod*, &c. — Cap. 22. in margine, litera C. expunge notam, *Deus opera pſeudo-prophetarum ſeducit*, &c.

In Regvm IV.

Cap. 2. num. 23. poſt illud, *Locum aliquem tranquillitatis plenum*, deleuſque ad finem numeri. —Cap. 20. in margine, litera B. tolle notam, *Propter ſe, & promiſſa ſalvat*, &c.

In Paralip. I.

Cap. 17. in margine, ante literam B. expunge notam, *Sine verbo ſuo nihil vult*, &c.

In Paralip. II.

Cap. 6. num. 57. poſt illud, *Sub peccata ſua*, dele uſque ad finem numeri. —Cap. 18. in margine, litera E, expunge notam, *Deus per ſpiritus erroris in ore pſeudo-prophetarum*, &c.

In Esdræ I.

Cap. 10. num. 33. poſt illud, *i. Pœnitentiam noſtram*, dele uſque ad, *Quidam Hebræorum*, excluſ.

In Iob.

Cap. 3. nu. 19. poſt illud, *Tunc requies fuiſſet mihi cum*, &c. dele uſque ad finem numeri. —Cap. 5. nu. 14. ibi, *Hortatur eum ad reſipiſcentiam*, pro, *reſipiſcentiam*, ſubſtitue, *Pœnitentiam*. — Cap. 7. num. 16. ibi, *Quæ eſt mihi vice cuſtodiæ? verba impatientis*, corrige & lege, *Quæ eſt mihi vice cuſtodiæ, tanquā impatientis*. —Cap. 8. in margine, ante literam B. in nota, *Bildad conatur Iob ad confeſſionem peccatorum, & reſipiſcētiam revocare*, &c. pro, *reſipiſcentiam*, ſcribe, *Pœnitentiam*. — Eodem cap. in margine, litera B. in nota, *Primum argumentum à reſipiſcentium benedictione*, pro, *reſipiſcentium*, repone, *Pœnitentium*. —Eodem cap. num. 8. ibi, *Maiorem fortunam reſtituere reſipiſcenti*, pro, *reſipiſcenti*, ſcribe, *pœnitenti*. —Cap. 9. in margine, ante literam B. dele notam, *Comparatus Iob iuſtitiæ Dei, comparatione*, &c. — Eodem cap. n. 17. poſt illud, *Non credam quòd*, &c. dele, uſque ad, *Ac ſi dicat, Putaſne*, excluſ. —Eodem cap. n. 22. poſt illud, *Improbum ipſe conſumit*, dele uſque ad, *q. d. ſi ita res habeat*, excl. —Eodem cap. in margine, litera D. dele notam *Rurſum oſtendit neminem poſſe iudicante*, &c. — Eodem cap. n. 31. poſt illud, *Cui nunc reſpondet Iob*, dele uſque ad finem numeri. —Cap. 12. n. 9. poſt illud, *Fateor quod ante dixiſti*, dele, uſque ad, *Poteſt hic verſus*, excluſivè. —Cap. 13. in margine, litera C. expunge notā, *Agnoſcentibus peccata ſua ſalus promittitur*, &c. — Cap. 15. deleatur totus n. 14. cuius initium, *q. d. Qui fieri poteſt*, &c. —Eodem cap. n. 15. poſt illud, *Perfectionem abſolutam*, dele uſque ad finē numeri. —Cap. 17. n. 20. poſt illud, *Conſecutum, quod expectaveram?* dele, uſque ad, *Promittitis vos amici*, excluſ. — Eodem cap. n. 21. ibi, *Evaneſcent, cùm in eo quievero*, dele, *evaneſcent*. — Et poſt verbum, *Quievero*, dele uſque ad finem eiuſdē numeri. —Cap. 22. n. 1. ibi, *Deinde illum ad reſipiſcentiam hortatur*, pro, *reſipiſcentiam*, ſcribe, *Pœnitentiam*. —Et paulò inferius, eodē n. ibi, *Impios adreſipiſcentiam, & invitet*, pro, *reſipiſcentiam*, ſcribe, *Pœnitentiam*. — Cap. 25. in margine, dele notam, *Bildad probat, coram Deo neminem eſſe mundum*. —Cap. 26. n. 1. poſt illud, *Dei particulari*, dele, uſque ad finem numeri. —Eodem cap. n. 3. ibi *Hanc tuam ſententiam inſipientem*, dele, *Inſipientem*. —Cap. 28. nu. 16. poſt illud, *Quæ æterna eſt*, dele uſque ad finem numeri —Cap. 30. n. 25. poſt illud, *Permaniſſem in officio*, dele, uſq; ad finē numeri. —Cap. 42. n. 2. poſt illud, *Sine conſilio Dei?* dele, uſq; ad finem numeri. —Eodem cap. n. 4. poſt illud, *De Providentia tua*, dele uſque ad finē numeri. —Eodem cap. n. 5. poſt illud, *Sub mentis meæ*, dele uſque ad finem numeri. — Eodē cap. num. 6. poſt illud, *Super pulverem & cinerem*, dele uſque ad, *Sedentem in pulvere*, excluſ. —Eodem cap. num. 8. poſt illud, *Vt ſervus meus Iob*, dele uſque ad, *Nam illi volebant*, excluſ. — Et eodem numero, poſt illud, *At rationibus humanis*, dele, uſque ad finem numeri.

Psalmi.

Pſalm. 1. in margine, dele notam, *Impiorum & infidelium interitus*. — Pſalm. 14. in margin. expunge notam, *Quibus oporteat eſſe moribus præditos*, &c. —Pſal. 16. iuxta Hebraïcam ſupputationem, in textu novæ trāſlationis, dele ab initio verſus penultimi incluſivè, qui incipit, *Neque enim deſeres*, &c. uſque ad illud, *Neque per-*

Annotationes in marginibus exterioribus dispungantur omnes in novo Testamento,in veteri etiam,ferè enim coincidunt cum scholiis Roberti Stephani. Sin verò ad normam Bibliorũ ipsius, Boulle,aut anni 1530.apud Hugonem à Porta castigentur.

Lectiones varię in interioribus pagellarũ marginibus adhibitæ permittuntur.— Hebręorum nominũ interpretatio, cũ ipsa Præfatiuncula,*En tibi*,&c.tum etia Index rerum, & sententiarum veteris & novi Testamenti omnino tollantur.

EODEM anno 1541.

Anno 1541. edita sunt Biblia Parisiis in forma etiã magna ex officina Simonis Colinęi pro Galeato,&c.Hæc verò editio eadem est, cum aliis recentioribus Ioannis Benedicti,annorũ scilicet 1552. 1558. 1567. 1573. unde ipsam Epistolam ad Lectorem : *Miror cur*,&c. præfert in fol.3. absque annotationibus tamen selectis ex sacris Doctoribus, atque absque Indice eiusmodi annotationum:his ergo exceptis, eodem pacto corrigenda, sicut & quatuor illæ Ioannis Benedicti suo loco expurgantur.

ANNO 1542.

Biblia in forma mediocri, Lugduni apud Hugonem à Porta, in fine autem legitur. *Gaspar Trechsel excudebat Viennæ*,ita emendanda.

In prima Libri facie,dele, *Ex postremis doctorum*,usque ad , *Cum argumentis*, excl. —Fol.3. pag.2. dele Indicem alterum, in quo novi Testaméti testimonia,&c. —Ex summis capitũ ea, quæ in Bibliis Ioan.Maresçal anni 1532. (præter summam capitis 13.Sapientiæ quę rectè habet)hic etiam delenda.Nimirum Deuteronom. 13. Ecclesiastici 39. Isai. 45. Hierem.8. Roman.4. Galat.3. Hebr. 6. Summa etiam cap.7.Hierem. non eadẽ legitur in huiusce anni Bibliis, incipitque:*Iubetur Hierem.* In qua dele,*Confidenti*,&c.usque ad finem.—Argumentum in Lib. Iob,*In terra quidem*,&c. cõtrahendũ ut in Bibliis Guilielmi Boulle anni 1537. — Hebraïcorum, &c. nominũ Interpretatio permittitur, ut potè brevis,& correcta. —Post eam tamẽ sub Titulo, *Summa totius sacræ*, &c. col. 2.§. *Idem spiritus* , dele, *per hanc itaque*, usque ad finem.—Et in §.*Venit denique*, dele, *Quæ quidem bona opera* , &c.usque ad §. *Ad eum oportet*,exclus.

Biblia ann.1542. Lugduni, in forma mediocri , apud Guilielmum Boulle typographum:tum etiam apud Iacobum de Giunta , eodem prorsus modo corrigenda, quo proximè superiora apud Hugonem à Porta.

Biblia alia huius anni per Stelsium similis editionis eiusdem , anno 1541. atque adeo simili correctione indigent.

Biblia hoc ipso anno Sanctis-Pagnini in forma magna , Lugduni apud Hugonem à Porta , (licet in fine voluminis legatur excudebat Gaspar Trechsel) ex qua solæ annotationes marginum dispungendæ,(quę plânè impiæ,ac Iudaïcæ ab Auctore quopiá corruptæ fidei sunt additæ)atque etiam nonnullæ capitum summæ.Quod ergo attinet ad marginales notas dele sequentes.

NVMER. Cap. 24. lit. C. *Sceptrum scilicet Davidicum.* — PSALM. 21. lit. C. *Fugiente Davide*,&c.—Psal. 39. lit. D. *Scilicet ad auscultandum* , &c.—Psalm. 44. lit.D.*Solium Salomonis*,& c Et lit. E. *Scilicet Pharaonis*,&c. — Psalm. 67. lit.C. *ideſt,ad summitatem* , &c. — Psal. 68.litera D. *Hæc ad literam*,&c. — Psal.109. dele quinque marginales notas sub totidem literis C.D.E.F.G.contẽtas,quarum initium est, *Scilicet Salomoni*, *& finis* , *Sacerdotem aliquando egit*. — CANTIC.cap. 6. litera C.*Hæc erat filia* , &c. — ISAI. cap. 2. lit. G. *Scilicet de Rege Assur.* — Cap. 4. lit. F. *Ezechiæ semper*, &c.—Cap.7 lit. D. *Ostendit ad literam*, &c.—Cap.8 lit A. *Scilicet Abiam* , &c. —Cap.15.lit.H.*Ideſt agnos* , &c.—Capit.16. lit. H. *Ideſt agnos* , &c. — Capit. 19.lit.C.*Ezechiam nam*,&c. — Cap. 30. lit.B.*Ezechiam.* — Cap. 32. lit. A. *Ezechiæ.* — Cap. 35.lit. C. *Plurimum adveri*,&c. — Cap. 40. lit. E. *Hoc ad literam*, &c.—Cap.42.E.in marginali nota,quę incipit , *Sublimitas* , dele ab illis verbis, *Vnde Cyro* , usque ad finem. — Cap. 43 lit.C.*Scilicet Cyrus* , &c. — Cap. 45. lit. C.*Scilicet Cyrum.*—Cap. 48. lit.B. dele marginal. *Scilicet Cyrum.* Item , *ideſt clarè*,&c. — Cap.49.lit.S.*Consolatur Deus*, &c.—Cap.51.lit.A. *Lex per Cyrum* , &c. — Cap. 52. lit. B. *Cyrus.* Et lit. C. *Quod ita deformatus*,&c. — Cap. 53 lit.D. *Incredibilis res*,&c. — Et lit. C. *Quaſi exigen-*

gentibus, usque ad illud, *Dan. 9. Fuitque*, excluſ. —Cap. 60. lit. B. *Hæc omnia*, usque ad illud, *Ad Christi Ecclesiam*, excluſ. —Cap. 63. lit. G. *Migrare faciens*, &c.

IEREM. Cap. 23. lit. A. *De germine*, &c. —DANIEL. Cap. 10. lit. A. *Abegreſſu*, &c. — OSEE. Cap. 6. lit. B. *Poſt unum*, &c. —IOEL. Cap. 3. lit. A. *Perditio Aſſyriorum*, &c. — Et lit. B. *Magna populi*, &c. —MICHEÆ. Cap. 4. & 5. dele omnes marginales notas. —ZACHARIÆ. Cap. 9. lit. H. *In humili*, &c. — Et lit. I. *ideſt ſanguine*, &c. — Cap. 11. dele omnes marginales notas.

Ex ſummis capitum dele, quæ ſequuntur. — DEVTERON. 4. *Adhortatio*, &c. usque ad, *Conſtitutio trium*, excluſ. —Cap. 6. *Lex ſervanda*, &c. ibi, *Dij reſpiciendi*, lege, *deſpiciendi*. —Cap. 13. *Falſum*, &c. tota deleatur. — Cap. 15. *Remiſſio*, &c. dele, *Prohibitio mendicitatis*. — IOB 9. *Beneficia*, &c. dele, *Humanam iuſtitiam*, usque ad finem. — PROVERB. 5. *Scortationem*, &c. dele, *Proprijs laboribus vivendum*. — ECCLESIASTES 9. *Neſcit*, &c. dele, *vivendum in hilaritate*. — ECCLESIASTICI 39. *Sapientiam*, &c. dele, *bona bonis*, usque ad finem. —ISAI. 2. dele, *Adventum Ezechiæ*, usque ad finem. —Cap. 9. dele, *Propheta*, &c. — Capit. 50. dele, *Iudæorum*, &c. — Cap. 53. dele, *Populum*, &c. usque ad, *liberatio*, excluſ. —IEREM. 7. dele, *Hypocritas*, &c. usque ad finem. —ZACHAR. 11. dele, *Exponi ſolet*, usque ad finem.

ROMAN. 2. *Iudæos*, &c. dele, *utroſque*, usque ad finem. —Cap. 10. *De vocatione*, &c. ibi, *ex ſolo verbo & Chriſto*, dele, *ſolo verbo*, &c. —GALAT. 2. *Circumciſionem*, &c. dele, *ex fide*, usque ad finem. —Capit. 3. *Cum increpatione*, &c. dele, *per fidem ſalutem contingere*. —2. THESSAL. 3. dele, *Damnantur*, &c. usque ad finem.

1. IOAN. 5. dele, *Per fidem*, &c. usque ad, *Quinam verè*, &c. excluſ.

Huius quoque anni editio circumfertur Auctore Iſidoro Clario Brixiano, in forma ultra mediocrem, Venetijs apud Petrũ Schæffer, &c. quę quoniã convenit cum editione altera eiuſdem Brixiani, anni 1564. eodem modo expurgabitur.

ANNO 1544.

Biblia Lugduni, in forma magna apud Hugonẽ, & hæredes Hugonis, aliàs Æmonis à Porta, ſed in fine operis habetur. Excudebat Ioannes, & Franciſcus Frellonij, fratres, corrigenda.

In 1. Libri inſcriptione, dele, *à mendis, quibus*, usque ad, *interpretatio nominum*, excluſ. —Capitum ſummæ caſtigandæ, vt in Biblijs Ioannis Benedicti, ann. 1552. —Delẽdæ prætereà in his Biblijs ſummæ ad Pſal. 31. *Quanta ſic iſtius*, &c. — Et ad Pſalm. 90. *Quam tutus*, &c.

Scholia, ſeu Annotationes marginales, etſi bona ex parte conveniunt cum illis, quę leguntur in Biblijs Hugonis à Porta, anni 1538. ſunt tamen aliquanto correctiores, hæ igitur expungendæ.

DEVTERON. 4. *Verbo Dei nihil addendum*, & paulò poſt, *Dehortatio à quacumque*, &c. — Cap. 7. *Statuæ ſubvertendæ*. — Cap. 8. *Divitiæ, & alia*, &c. dele ibi, *Non noſtris viribus*. — Cap. 9. *Non propter*, &c. — Cap. 11. dele, *Benedictio obedientibus Verbo Dei*, usque ad, *Maledictio*, excluſ. —Cap. 12. *Faciendum quod*, &c. dele ibi, *Non quod nobis videtur*. Et inf. a dele, *Verbum Dei ſolum*. — Item, *Verbo Dei nihil addendum*. — Cap. 13. dele, *Miraculis tentat fidem noſtram Deus*. —Cap. 15. *Alendi pauperes*, &c. dele ibi, *Neque permittendum, ut mendicent*. — Cap. 13. dele, *Propheta aliud*, &c. — Cap. 30. *Verbum Evangelij*, &c.

PARALIP. Lib. 2. cap. 18. *Deus per ſpiritus erroris, &c.*

PSALM. 1. *Impij ſeu infidelis*, dele ibi: *infidelis*. — Pſalm. 33. *Peccata non imputat Deus, &c.* Pſalm. 93. *Solus Deus, &c.*

ECCLESIASTES 4. *Solitarij moleſtia vana*. —Cap. 11. *Omnia committenda, &c.*

ISAI. 3. *Avaritia Sacerdotum*. — Cap. 28. *Chriſtus credentibus ſalus*. — Cap. 30. *A creaturis auxilium, &c.* — Cap. 42. *Per Chriſtum omnes Deo placent*. — Cap. 45. *Chriſtus iuſtitia noſtra*. Et infra, *Deus iuſtitia noſtra*. — Cap. 51. *Aufert timorem humanum à fidelibus*. — Cap. 53. *Iuſtitia noſtra Chriſtus*. — Cap. 56. *Invehitur in Epiſcoporum impietatem*. —Cap. 66. *Non in manufactis templis, &c.* — Et infra, *Sacrificia reijcit, &c.* — Et ſub finem, *In hypocritas, qui ſe, &c.*

IEREM. 6. *In Dei cognitione ſola gloriandum*.

BARVCH 2. *Vera Chriſtiani confeſsio*.

DANIEL. 9. *Vera confeſsio*.

ZACHAR. 14. *Omnia ſancta in Eccleſia Dei*. —Et mox, *Impij ex Eccleſia pellendi*.

Ex argumento in Librum Iob, delenda,

quæ in Biblijs Guilielmi Boulle, anni 1537. — Post Librum Apocalypsis expungatur index alter, *In quo Novi Instrumenti Testimonia*, &c. — Hebraïcorum, *&c.* nominum Interpretatio permitti potest, quia correctior. At Index rerum, & sententiarum præcidendus.

ANNO 1545.

Biblia, quæ falso nomine Vatabli prodierunt, Lutetiæ, ex officina Roberti Stephani hæretici, anno 1545. accuratè sunt Romæ castigata, & superius à nobis expurgata in secunda Classe, sub nomine Bibliorum certi nominis Auctoris.

EODEM ANNO 1545.

Fit etiam mentio Bibliorum Lugdun. sub insigni Salamandræ, quæ fortasse coincidunt cum subijciendis paulò post in anno 1546. in 2. loco.

ANNO 1546.

Præter Librum Psalmorum Davidis cũ Annotationibus, *&c.* editum anno 1546. ut proximè correximus, editio circunfertur Bibliorum huiusmet anni Lugduni in forma magna, apud Iacobum Giuntam, sed excudente Theobaldo Pagano, ut in operis fine dicitur, estque omninò eadem, etiã quoad characteres, & numerationem pagellarum cum editione anni 1544. apud Hugonem, & hæredes, *&c.* undè eodem modo corrigenda.

Exijt hoc ipso anno 1546. Bibliorum volumen Lugduni, in forma magna, sub insigni Salamandræ, sine impressoris nomine. Quod quia nihil omninò differt à Biblijs per Ioannem quidem Crispin. Hæreticum anni 1536. sed venalibus apud Vincentium de Portanarijs, ut in ipsa fronte dicitur eodem modo corrigenda.

Hocmet anno iterum excusa sunt Biblia in forma magna, Lutetiæ in officina Roberti Stephani, quæ quidem longè ante, anno scilicet 1528. prodierant, undè ex ipsis posteriores aliæ editiones ferè sunt mutuatæ, præambula, notationes, argumẽtaque varia à Catholica doctrina abhorrẽtia. Quod igitur attinet ad editionem hãc anni 1546. in fronte post voces, *Roberti Stephani*, adde, *damnati*, totum deinde sequẽs folium præcidatur, in quo est Epistola, *Is semper fuit, &c.* ac post Epistolam observationes aliquot eiusdem Roberti.

Fol. 3. pag. 1. In §. *Vt autem singulare*, dele, *Per hanc itaque*, usque ad §. *Venit deniq;* exclusivè: expuncta etiam nota marginali, *Iustificatio, & sanctificatio.* — In § *Venitq;* dele, *Quæ quidem bona*, usque ad finem. — Fol. 5. pag. 1. expunge Indicem alterum, *In quo itidem novi instrumenti Testimonia*, &c. — Ex argum. in Libr. Iob, *In terra quidem habitasse, &c.* dele à §. *In hoc verò libro*, usque ad finem ipsius argumenti. — Annotationes marginales in Vetus Testamentum corrigantur, sicut in Biblijs anni 1537. ex officina Guilielmi Boulle, ex ijs tamen, de quibus nunc agi censemus, sicut desiderantur aliquot in Deuteron. cap. 5. 9. 15. 30. & in 1. Reg. cap. 17. & in Psalm. 60. & 141. ita leguntur aliquæ paulò aliter quàm in Biblijs Boulle, quæ tamen dispungantur, ut sequitur.

LEVIT. 17. *Sacrificia damnat.* — DEVTER. 4. *Sculptilia ne fiant.* — Cap. 13. *Pseudopropheta*, &c. — C. 15. in nota, *Mendici pauperes*, &c. deleatur, *Nec permittendum, ut mendicent.* — REG. 3. Cap. 22. *Deus opera pseudo-proph.* — PSALM. 14. *Quibus oporteat esse moribus.* — BARVCH 2. *Christianorum confessio.*

Annotationes in Novum Testamentum deleantur universæ. Index quoque rerum, & sententiarum, ac demum interpretatio nominum Hebræorum, Chaldæorum, *&c.* quæ post librum Apocalypsis habentur, expũgantur, cũ sua Præfatione, *En tibi*, &c.

Alia Biblia huius anni, Lugduni, in forma magna, cum Concordantijs in eadem, apud Iacobum Giunti, sed per relictam (ut post Apocalypsim notatur) Ioannis Crispini hæretici.

Fol. 5. ab initio voluminis pag. 2. sub Titulo, *Elenchus Canonicorum, &c.* dele alteram inscriptionem superiorem, *Apocryphi, &c.* cum reliquis, quæ eidem inscriptioni subduntur.

Ante Librum Geneseos præmittuntur quinque tabulæ, è quibus quarta videri posset Index rerum, & sententiarum in Roberto Stephano damnatus, re tamen vera non est, & ideo permittitur.

Sub Titulo, *Ad divinarum literarum, Veterumque, &c.* qui habetur post quintam tabulam pag. 2. paulò ante §. *Notandum, quod, &c.* dele, *Nota quod ubicumque*, &c. usque ad ipsum §. *Notandum, quod*, exclusivè.

Inter-

Interpretationes etiam nominum Hebraïcorum, quæ poſt Apocalypſis librum adhibentur, non ſunt eæ quæ in prædicto Roberto Stephano reprobantur: ideò permittuntur.

Fol. 208. pagin. 1. col. 2. poſt Epiſtolam Divi Hieronymi, *Beatiſſimo Papæ Damaſo, &c.* In Titulo, *Incipit Prologus Beati Euſebij Pamphili, &c.* dele, *Beatus*, Idemq; fiat pag. 2. col. 1. cum dicitur, *Explicit liber Beati Euſebij.* — Fol. 268. pag. 1. col. 2. dele totum exaſtichon, *Emenda a magis*, &c.

Anno 1549.

Editio Bibliorum huius anni, in forma mediocri, Lugduni, apud hæredes Iacobi Giuntæ, excudente tamen Theobaldo Pagano, ut in fine operis exprimitur, ſimilis eſt in omnibus, editioni anni 1542. apud Hugonem à Porta, in forma etiam mediocri, & proinde ſimiliter corrigatur.

Anno 1551.

Hoc ipſum, quod proximè diximus de editione anni 1549. præſtandum in editione huius anni 1551. Lugduni in forma mediocri, apud Iacobum de Millis, excudente tamen Ioanne Pullon, aliàs de Trin, ut in fine voluminis habetur; atque etiam in editione eiuſdem anni, loci, & formæ, apud hæredes Iacobi Giuntæ.

Refertur quoque ſub hoc anno editio Lugduni, per Ioannem Frellõ, quæ ſi eiuſdem modi ſit cum editione ipſius Frellon, anni 1555. eodem modo corrigenda.

Anno 1552.

Prodijt hoc anno editio Bibliorum Ioannis Benedicti Pariſijs, in forma ultra mediocrem, apud Carolam Guillard, & Guilielmum Desboys, excudente tamen, ut in fine voluminis legitur, Benedicto Prænotio.

Vtverò in univerſum de correctione Bibliorum Ioannis Benedicti, quæ varijs annis prodierunt diſtinctius pronuntiemus, poſt huius anni editionẽ in forma ultra mediocrẽ, quatuor alię poſteriores fuerũt, omnes Pariſijs, & in forma magna. Vna anni 1558. apud hæredes Carolæ Guillard, ſed excudente prædicto Prænotio. Altera anni 1564. apud Ioannẽ Macæum, ſub ſcuto Britanniæ, cum additamentis quatuor, *&c.* Auctore Renato Benedicto. Tertia anni 1567. apud Guilielmum Merlin, & Guilielmum Desboys, & Sebaſtianum Nivellium. Quarta anni 1573. apud Sebaſtianum Nivellium in Ciconijs, ex Calcographia Nicolai Brusle, ut in fine operis dicitur, quæ omnes editiones communem habebunt expurgationem.

Quin etiam Biblia illa Simonis Colinæi, quorum meminimus ſecundo loco in anno 1541. cum verè ſint Ioannis Benedicti, eidem quoque caſtigationi ſubijciuntur, exceptis tantum Scholijs, ſive Annotationibus ſelectis ex ſacris Doctoribus, & Indice huiuſmodi Scholiorum, quæ in his Biblijs deſiderantur.

In prima igitur inſcriptione cuiuſcumq; editionis Bibliorum Benedicti, poſt Titulum, *Biblia ſacra iuxta vulgatam editionem*, deleantur cętera omnia, quæ ſolùm apponuntur ad commendationem huius editionis.

Poſt primum folium, ſub Titulo, *Libri ſequentes, &c. ab Eccleſia tamen recepti Chriſtiana*, dele, *Tertius, & quartus Eſdræ* (qui certè libri, aut ex corpore Bibliorum ſunt detrahendi, aut ſaltem cautio ibidem adhibenda, eos Canonicos non eſſe) ſub inferiori Titulo, *Diviſio Veteris Teſtamenti ſecundum Latinos*, dele ſimiliter, *Eſdræ libri quatuor.* — Item expunge totam nuncupatoriam Epiſtolam Lectori, *Miror, cur tanta, &c.* — Parique modo alterum Indicẽ, *In quo novi item inſtrumenti Teſtimonia, &c.* qui poſt Indicem teſtimoniorum à Chriſto, & Apoſtolis, *&c.* apponitur.

Ex argumentis, ſive ſummis capitum, dele quæ ſequuntur.

Deuteron. 13. *Pſeudo-propheta*, &c. dele totam ſummam.

Iob 38. *Deus ex creatis, &c.* dele ibi, *Inordinatè*, & ſubſtitue, *Imperite.*

Proverb. 5. *Cavendo, &c.* dele ibi *Proprio vivendo labore.* — Ecclesiastes 9. *Hominis, &c.* dele ibi, *omnia iuſto, & iniuſto ſimilia eveniunt.* — Sapient. 13. *Quam vanè, &c.* dele ibi, *Et amplius in ædificijs*, uſque ad finem. — In 2. editione anni ſcilicet 1564. non ita habet huius capitis 13. ſumma. — Ecclesiastici 39. *Sapiens, &c.* dele totum. — Isai. 58. *Elidit, &c.* dele ibi, *Orationi*, uſque in finem. — Ierem. 7. *Propheta, &c.* dele ibi, *Pro quo orare*, uſque ad finem. — Zachar. 7. *Ieiunia, &c.* dele à principio ſummæ uſque ad, *Diſpergentur*, excluſivè. — Et ibi

ibi etiam pro, *Resipuerint*, redde, *Pœnituerint*.

ROMAN. 4. *Nec Iudæos, &c.* cum ibi dicitur, *Fidei*, adde, *Viuæ.* — Et cap. 10. *Iudæi, &c.* dele parentheſim (*quæ ex fide eſt.*) — HEBR. 6. *Iuſtus*, &c. dele à principio ſummæ uſque ad, *Lapſus*, excluſ.

In Titulo, *Hebræa, Chaldæa, Græca*, &c. qui poſt librum Apocalypſis legitur (quâquam in illa editione anni 1564. poſt Indicem ſelectarum annotationum ponitur) dele ſub finem, *Vt facilius conijcias*, & reliqua uſque ad finem Tituli.

Index rerum, & ſententiarum Veteris, ac Novi Teſtamenti totus expũgatur ex dicta ſæpius editione anni 1564. quia ille eſt, qui in Roberto Stephano damnatur.

In cæteris autem editionibus, dele ſequentia.

Adoranda non eſt creatura. — Verbo, *Creatura*, dele, *Per fidem renouata.* — Verbo, *Impius*, dele, *Fideique.* — *Iuſtitia noſtra Chriſtus eſt.* — *Manducat Chriſti carnem fidelis.* — *Mundi Apoſtoli, credentes.* — *Operandum manibus.* — *Reſipiſcentia*, dic, *Pœnitentia.* — *Sanctificatio noſtra Chriſtus.*

Sequentes caſtigationes in eaſdem editiones Ioannis Benedicti, cadunt præter illam Colinæi, anno 1541.

Ex Scholijs, ſeu Annotationibus marginalibus, tolle quæ ſequuntur.

EXODI 21. litera D. *Ex hoc, &c.* dele ibi, *Et omnimodam*, uſque ad finem. — Cap. 23. F. *Græcus, &c.* dele ibi, *Vnde intelligitur*, uſque ad finem. — DEVTERON. 4. A. *Diuinis, &c.* poſt illa verba, *Poſſunt tamen illa adiungi*, adde, *non tanquam textus.* — REG. 1. Cap. 14. L. *Hoc eſt, &c.* poſt illa verba, *Sors enim*, adde, *Inſpirante Deo.* — REG. 2. cap. 4. C. *Quoniam, &c.* poſt verba, *Nemini licet*, adde, *Propria auctoritate.* — PARALIPOM. 2. cap. 1. D. *Gratia Dei*, &c. ſcribe ad marginem, *Cautè lege propter gratiam excitantem.* — PSALM. 90. B. *Saluator, &c.* poſt verbum, *Nudare*, adde, *Diuino adiutorio.* — IEREM. 10. G. *Liberum, &c.* dele ibi, *Homo libertati ſuæ*, uſque ad finem Scholij. — MATTH. 26. F. *Nam*, &c. poſt verba, *Inviſibilis Sacerdos*, adde, *Principaliter.*

In ſecundo autem Indice ſelectarum ex ſacris Doctoribus Annotationum, qui poſt Indicem rerum, & ſententiarum, affertur, dele, *Eccleſia non ſemper intelligitur cœtus fidelium.* — *Gratia Dei liberum hominis requirit arbitrium*, ſcribe ad marginem, *Cautè lege propter gratiam excitantem.* — *Iudæi Chriſtum occiderunt, &c.* dele totum. — *Liberum hominis arbitrium ad gratiam requiritur.* Adhibenda eſt in margine prædicta cautio propter excitantis gratię motum. — *Libero arbitrio proprio relictus, ſibi ipſi mortem comparat, vel ſalutem*, dele, *vel ſalutem.* — *Occidere proximum non licet, cui non licet, &c.* dele totum. — *Sacerdos inviſibilis, &c.* adde. — *Principaliter.* — PRO, *Sceleribus noſtris iudicabit, &c.* dele ibi, *Non minus, quam pro ſua miſericordia.* — *Scripturis diuinis aliqua addi poſſunt*, ſubiunge, *Non tanquam textus.*

ANNO 1555.

Biblia Salmanticæ, in forma mediocri, excudente Andrea à Portanarijs, corrigenda.

In 1. Libri inſcriptione dele, *Ex poſtremis Doctoribus, &c.* uſque ad finem totius inſcriptionis. — Similiter expunge totum alium ſubiectum Titulum. *In pluribus, & difficilioribus*, &c. — Fol. 5. ab ipſo voluminis principio, pag. 2. dele Indicem alterum, *In quo Noui Teſtamenti teſtimonia*, &c.

PROVERB. 5. apponitur capiti Titulus *Hæ quoque parabolæ, &c.* cum tamen pertineat ad ſacrum textum. Similiter titulus capitis 31. *Verba Samuelis Regis, &c.* Initium revera eſt ipſius textus ſacri.

In Indice verò rerum, & ſententiarum, dele ſequentes.

Adoranda non eſt creatura. — *Iuſtitia noſtra Chriſtus.* — *Mundi Apoſtoli credentes.* — *Operandum manibus, ſicut.* — *Sanctificatio noſtra Chriſtus.* — *Manducat Chriſti carnem fidelis.*

Biblia Sacroſancta, *&c.* Lugduni in forma mediocri, apud Ioannem Frellonium, deleatur pars illa argumenti in lib. Iob, à §. *In hoc vero libro*, uſque ad finem.

Summæ capitum Veteris quidem Teſtamẽti, ſunt prorſus eædem cum ijs, quas habent Biblia ex officina Ioannis Steelſij, Antuerp. in ſcuto Burgundiæ, de quibus diximus in anno 1538. atque adeò in eundem modum ſunt caſtigandæ. — Poſt librum Apocalypſis deleatur Index alter, *In quo itidem noui inſtrumenti Teſtimonia*, &c. — Index tamen rerum, & ſententiarum præcidendus eſt.

ANNO 1556.

Biblia in mediocri forma, apud Iacobum de

de Millis, excudente Ioanne Pullon, aliàs de Trin, ut exprimitur in fine voluminis, corrigenda.

In ipſomet Titulo, dele, *Ex poſtremis*, uſque ad, *Cum Hebraïcorum*, &c. excl. — Fol. deinde 3. pag. 2. & ſequentibus, diſpungendus Index alter, *In quo itidem novi Inſtrumenti Teſtimonia*, &c.

Biblia hoc etiam anno impreſſa, vel venundata, apud Antonium Vincentium, Lugduni, ſi coincidant cum Bibliis anni 1540. in ædibus eiuſdem Antonij Vincentij, eodem pacto corrigantur, ſicut & alia eiuſdem anni 1556.

Biblia apud Ioannem Torneſium, corrigenda, ſicut illa eiuſdē Torneſij proximè ſequentis anni 1558. in forma mediocri.

Anno 1558.

Biblia Lugduni in forma mediocri apud Ioannem Torneſium 1558. corrigenda

In primo Titulo, dele, *Ad optima quoque*, &c. uſque ad, *Cum indicibus exquiſitiſſimis*, excl. — Fol. 2. pag. 1. ſub Titulo, *Summa totius ſacræ*, &c. colum. 2. §. *Vt autem ſingulare*, &c. poſt medium dele, *Per hanc igitur in Chriſtum fidem*, uſque ad §. *Venit denique*, excl. — Et in hoc ipſo §. *Venit*, dele, *Quæ quidem bona*, &c. uſque ad §. *Ad eum oportet*, &c. excluſ. — Poſt lib. Apocal. dele Indicem alterum, *In quo itidem Novi Inſtrumenti Teſtimonia*, &c. — Et Indicem rerum, & ſententiarum.

Edidit hoc anno Ioannes Benedictus Biblia in forma magna, de cui⁹ editionis expurgatione dictum eſt ſupra in anno 1552.

Anno 1561.

Biblia magna, in forma magna. Antuerpiæ apud Ioannem Steelſium, ſub ſcuto Burgundiæ, 1561. corrigenda.

Fol. 2. pag. 1. in Præfatione, *Mirabitur fortaſſe*, &c. ante medium dele, *Nemo eſt enim*, uſque ad, *Cum igitur his impoſturis*, excluſ. — Et pag. 2. poſt medium dele, *Cū in hoc fideliter*, uſque ad, *Itaque acceptis*, exclusivè.

Ex Indice rerum, & ſententiarum, qui ante prologum Galeatum Divi Hieronymi ponitur, dele quæ ſequuntur.

Confeſsio peccati ad Deum. — *Creatura nova ſumus per fidem*, &c. — *Credendo in Chriſtum remittuntur peccata.* — *Credentibus datur Spiritus Sanctus.* — *Credens in Chriſtum non morietur in æternum.* — *Fide accipitur Spiritus Sanctus.* — *Filij Dei ſumus per fidem.* — *Iuſtitia noſtra à Deo eſt per fidem in Chriſtum.* — *Iuſtificamur fide.* — *Iuſtus fide vivit.* — *Iuſtorum finis incognitus.* — *Mundi, ſeu mundati Apoſtoli per fidem.*

In verbo opera, *Non propter bona opera liberati ſumus.* — *Pax conſcientiæ per fidem.* — *Peccatum eſt, quod ex fide non eſt.* — *Peccatores omnes ſunt.* — *Erga peccatores reſipiſcentes*, dic, *pœnitentes.* — *Super peccatore uno reſipiſcente*, dic, *pœnitente.* — *Peccata agnoſcentibus remiſsio.* — *Peccata fide, & miſericordia purgantur.* — *Peccatorum noſtrorum non recordabitur amplius Deus.* — *Petentibus in fide nihil denegatur.* — *Presbyteros, & Epiſcopos pro iiſdem accipit Paulus.* — *Regnum Dei gratis datur.* — *Reſipiſcentia donum Dei.* — *Sanctificatio noſtra Chriſtus.* — *Sanctus ſolus Deus.* — *Verbo Dei nihil addendum.*

Ex argumentis capitum expunge Deuteronom. 13. *Pſeudopropheta*, &c. totum. — Et Zachar. 7. ibi, *Ieiunia*, &c. dele, *Reſipiſcentiam*, & ſcribe, *Pœnitentiam.* — Ad Rom. 4. *Non ex legis operibus*, &c. ibi, *ſed ex fide*, adde, *viva.* — Et cap. 10. *Orat Apoſtolus*, &c. ibi, *ex fide*, iterum adde, *viva.* — Idemque fiat cap. 3. ad Galat. in ſumma, *Sicut Abrahæ*, &c.

Anno 1563.

Præter editionem proximè præcedentē anni 1561. exiit alia hoc anno 1563. eiuſdem Auctoris, Antuerpiæ quoque, ſed in minori forma, quā in ædibus Ioānis Steelſij, typographus fuit Ioannes Vinthagius, ut poſt librum Apocalypſis videre eſt. Convenit porrò omninò hęc editio cum proximè ſuperiori eiuſdem Steelſij, niſi quod Index rerum, & ſententiarum, qui in illa ad initium collocatur ante Prologum Galeatum Divi Hieronymi, in hac ponitur poſt Apocalypſim. Eadem igitur correctio utriuſque.

Anno 1564.

Huius anni eſt una ex editionibus Ioannis Benedicti, de qua ſuperius in anno 1552.

Ex Bibliis inſcriptis *Sacroſanctis, Veteris, ac Novi Teſtamenti, adiectis ex eruditi ſcriptoribus ſcholiis*, &c. *Auctore Iſidor.*

Cla-

NDICES
Librorum
ROHIBITORŪ
E. V.
24.

Clario Brixiano, &c. Venetiis apud Giuntas, 1564.

Post primam operis inscriptionem, Prologus, & Prolegomena præcidantur. — Initio operis, fol. 1. pag. 1. ante titulum illum, *Liber Geneſis*, &c. adscribe, *Horum Bibliorum textus non eſt Vulgatæ editionis.* Ex Scholiis verò corrigenda.

Genesis 36. ad illud, D. *Invenit mulos in ſolitudine*, post verba, *Eſſent præter naturam*, dele usque ad finem Scholij.

Iob 31. ad illud G. *Si abſcondi quaſi homo*, ibi, *Vel ſicut Adam*, &c. dele, *Qui damnatus eſt.*

Psalm. 8. ad illud, D. *Minuiſti eum*, post verba, *Fuerit largius donatus*, dele usque ad, *Nam quod ait*, exclus. — Psalm. 68. ad illud, O. *Deleantur de libro viventium*, expungatur totum Scholium, *In quo per Chriſtum*, &c. usque ad P. *Salvam faciet Sion*, exclus. — Psalm. 118. ad illud 58. *Inclinavi cor meum*, post verba, *In finem vitæ meæ*, dele usque ad, *Servire ergo ei debemus*, excluſivè.

Ecclesiastes 5. ad illud C. *Ne dederis os tuum*, post verba, *Promitteres, aut diceres*, dele usque ad, *Aliÿ illa verba*, exclus. — Ecclesiastici 1. in Scholio post illud, *Admodum eſt affinis*, dele usque ad finem Scholij.

Isai. 53. ad illud G. *Videbit ſemen longævum*, post verba, *Quod in ſcientia*, dele usque ad, *Multos iuſtificabit*, exclus. — Et cap. 60. ad illud. L. *Omnes iuſti*, expungatur totum Scholium, *Credentes ſcilicet in Chriſtum*, &c. usque ad illud M. *Minimus erit*, exclus.

Ierem. 31. ad illud 2. *Fœdus novum*, post verba, *Bonorum ſuppeditator*, dele usque ad, *Confœderatio enim*, exclus.

Ezech. 18. ad illud C. *Filius non portabit iniquitatem patris*, post verba, *Quin Regnum cælorum eorum ſit*, dele usque ad, *iuſtus enim ille eſt*, exclus.

Malach. 1. ad illud H. *In omni loco ſacrificatur*, ibi, *Puram orationis hoſtiam*, &c. dele vocem, *orationis.*

Matth. 16. ad illud D. *Super hanc petram*, expungatur totum Scholium, *Super hanc fidei*, &c. usque ad C. *Porta inferius*, exclus.

Roman. 9. ad illud N. *Eſaïas autem clamat*, post verba, *Salus hæc comparabitur*, dele usque ad P. *Niſi Dominus Sabaoth*, &c. exclus. — 1. Corinth. 13. ad illud D. *Charitas*, post verba, *Vt cum quis ſcire velit*, dele usque ad, *Facile diſcat*, exclus. — 2. Corint. 13. ad illud D. *Vosmetipſos tentate*, post verba, *Quod Chriſtus in me loquatur?* usque ad C. *Nos autem ut reprobi*, exclus. — 1. Timoth. 2. ad illud B. *Qui omnes homines vult*, &c. post verba, *Quocunque in ſtatu fuerint*, dele usque ad C. *Vnus enim Deus*, exclus. — 1. Timoth. 3. ad illud A. *Si quis Epiſcopatum*, post verba, *Sobrius, modeſtus*, &c. dele usque ad, *ſed tempora illa*, exclus.

Petri 2. cap. 1. ad illud A. *In iuſtitia Dei*, post verba, *Sortiti ſunt fidem*, dele usque ad, *à Deo noſtro, & Salvatore*, exclus.

Ioan. epist. 1. cap. 3. ad illud, *Vt filij Dei nominemur*, post verba, *Additum erat, & ſimus*, dele usque ad, *Quia ergo idem eſt*, excluſivè. — Ioan. 5. ad illud A. *Omnis, qui credit*, post verba, *Ex eo, quod filij Dei*, dele usque ad, *Et neceſſe eſt ut qui*, excluſivè. — Eodem cap. ad illud C. *Hic eſt, qui venit*, &c. post verba, *Id præſtare poſſit*, dele usque ad, *Nam cæteræ ſectæ*, exclus.

Index rerum, & sententiarum totus expungatur, ille idem, qui in Bibliis Roberti Stephani.

Anno 1565.

Biblia hoc anno Antuerpiæ, ex officina Christophori Plantini, in forma mediocri. Quæ, cum nihil differat à duabus Steelsij editionibus anni 1561. & 1563. easdem exigit expurgationes quoad Præfationē. *Mirabitur fortaſſe*, &c. quoad Indicem rerum, & sententiarum, & etiam quoad summas capitum, *&c.*

Anno 1567.

Biblia Ioannis Benedicti, hoc anno Parisiis, in forma magna novis quibusdam Schematibus ornata. De cuius tamen expurgatione vide, quæ dicta sunt ann. 1552.

Anno 1569.

Huius anni est editio Lugduni, in forma magna, apud Guilielmum Rovillium, sub scuto Veneto, quæ eodem prorsus modo expurganda est, quo editio Bibliorum etiam in forma magna, apud Ioannem Steelsium, anno 1561.

Anno 1570.

Biblia in mediocri forma, Antuerpiæ, in ædibus viduę, & heredū Steelsii, ex typographia tamen Amati Tavernerij, ut post Apoc.

Apoc. notatur. Quę quoniam ſunt prorſus eadem cum illa eiuſdem Steelſij, anni 1563. eodem modo caſtigabuntur.

ANNO 1573.

Vltima editio Bibliorum Ioannis Benedicti Pariſijs in forma magna. De cui⁹ expurgatione cõſtat ex ijs, quę diximus ann. 1552. Addi, tamen hæc editio librum tertium Machabæorum, qui præcidatur.

Anno 1574. 1580. 1582. & 1583. 1584. 1587. 1588. 1590. 1599.

Biblia, quæ his annis uſque ad 1583. ex officina Plantiniana prodierunt, nihil habent notandum.

Biblia, quæ dicũtur Vatabli, Salmãticæ apud Gaſparum à Portanarijs, ann. 1584. Vide ſupra 2. Claſſ. ſicut etiã, quę ſequũtur.

Biblia eadem ex officina Santandreana, 1587. cuius expurgationem exhibuimus ſupra 2. Claſſ.

Editio autẽ huius anni 1587. Antuerpiæ apud Plantinũ, nihil habet corrigendum.

Biblia vero 1588. Lugduni, apud Guilielmum Rovillium in forma mediocri, eadem ſunt cum illis apud eundem 1569. atque adeo ſimiliter corrigenda.

Index vero ſelectarum annotationum ſimili modo caſtigandus.

Cæteræ vero editiones ab ann. 1590. ſivè Plantinianæ, ad formam Vaticanæ 1592. Sixti V. Pontificis Maximi iuſſu recognitæ, aut aliæ ſimiles correctiſſimæ ſunt.

Illa vero ad vetuſtiſſima exemplaria, Venetijs apud Damianũ Zenarum, in cuius fine habetur Altobellius Salacitius, habet indicem eodem modo corrigendum, ſicut illud Ioan. Steelſij 1561. formæ magnæ.

Biblia, quæ ſic inſcribuntur: Bibliorum opus integrum, veteris quidem Teſtamẽti tranſlatio antiqua, ad vetuſtiſſimorum emendatiſſimorumq; codicum fidem cũ ſummo ſtudio recognita Novi vero Eraſmi noviſſima editio, cum nova eiuſdem Præfatione, qua traditæ nobis Philoſophiæ Evangelicæ cauſam aſſignat. In inclita Germaniæ Baſilea an. 1522.

De his Biblijs hoc ſolum notandũ Eraſmi Præfatiunculas, & notatiunculas marginales, quibus totũ opus diſtinctũ eſt, permitti. Quod vero ad Novum Teſtamentũ attinet, cum novæ verſiones Auctorum dãnatorũ, in univerſũ damnatæ quoq; & prohibitæ cenſeantur, an hæc quoq; Eraſmi tranſlatio, prohibita ſit, an permiſſa, an tandẽ permitti debeat, videndũ in *Deſiderio Eraſmo*, tom. 6. ſuorum operum 1. Claſſ.

Biblia ſacra variarum Tranſlationum tribus tomis diſtincta, Antuerpiæ apud Ioannẽ Keerbergium 1616. In quibus præter vulgatam inſerta eſt in tertio tomo Novi Teſtamenti verſio Eraſmi Auctoris damnati. Vide in *Deſiderio Eraſmo*.

Bibliotheca Conſtantinopolitana, niſi expurgetur, prohibita.

Bibliotheca *Studij Theologici*, ex pleriſque Doctorum priſci ſæculi monumentis collecta apud Ioannẽ Criſpinum, ſeu alibi impreſſa, donec expurgatio prodeat.

Bibliotheca *Studij Theologici*, ex operibus S. Hieronymi, Auguſtini, & reliquorum confecta, vel ſub alio titulo, donec expurgatio prodeat.

Bibliotheca Theologica, ſeu Catalogus Auctorum, qui in ſacra Biblia unquam ſcripſerunt: Iam iterum poſt G. Theophili editionem auctus, Wirtembergæ 1579. dõnec expurgatio prodeat.

Biblioth. Theologica Petri Beſodneri, ſive *Index Bibliorum* præcipuorum, eorumdemq; interpretum Hebræorum, Græcorum, Latinor. &c. Francof. apud Kopfium 1609. donec expurgatio prodeat.

BIBLIOTHECA Sanctorum, aut veterum Patrum variorum editionum.

QVoniam huiuſmodi Biblioth. variæ, ac multiplices editiones hacten⁹ extiterunt. Prima illa, Sacra Biblioth. Sanctorum Patrum. Pariſijs 1575. 1576. & 1577. per Margarinũ de la Bigne, & Appendix, varia de Deo, & Divinis rebus cõplectens, Pariſ. 1580. Poſtea alia itẽ Pariſ. 1609. novẽ tomis editionis ſecũdæ Pariſ. Deinde etiã eadẽ caſtigata, & locupletata per eundẽ Margarinũ Pariſ. apud Bartholom. Macęũ 1609. Adhuc alia in tomis 8. & Auctaria duo diſtributa, Coloniæ apud Antonium Hierat 1610. Sequuta eſt alia, & per Theologos Colonienſes multo auctior, apud Anton. Hierat, Coloniæ, quæ inſcribitur, *Magna Bibliotheca, &c.* & cępta eſt imprimi anno 1618. abſoluta vero 1622. cum Præfatione Alardi Vvyelij Colonienſis Theologi, tomis 14. diviſa, & Auctoribus hiſtorica methodo, per ſua ſęcula diſpoſitis. Demum alia per Theologos Sorbonicos recognita, & locupletata, decem tomis contenta, id eſt, novem prioribus, & decimo de Divinis officijs inſuper duobus

alijs singulis duplicibus; Græco-latinis additis, Paris. 1624. Quoniam (inquam) omnibus editionibus cõmunia fere sunt, quæ notari oportet, illa, quæ frequẽtior est, videlicet Parisiensi 2589. hoc loco ad expurgãdum utemur, & illis deinde Paris. 1609. & 1610. ultimo loco adiectis, ad quarum exemplar cæteræ poterunt emendari.

Bibliotheca Sanctorum Patrum, Editionis Parisiensis, anno 1589.

Bibliotheca Sanctorum Patrum, prior inscripta est, *Bibliotheca Sanctorum Patrum, &c.* Posterior verò, *Sacræ Bibliothecæ Sanctorum Patrum*, seu, *Scriptorum Ecclesiasticorum, &c.* Tomi novem, per Margarinum de la Bigne, editione secunda, Parisijs 1589.

In priori inscriptione ibi, *Sanctorum Patrum*, pro, *Sanctorum*, repone, *Veterum.* — In posteriori inscriptione, ibi, *Sacræ Bibliothecæ*, dele, *Sacræ.* — Et idem præstandum in censura trium Theologorũ Parisiensiũ lin. 5. & in altera censura facultatis Sacræ Theologiæ Parisiensis, in titulo, ibi, *Bibliothecæ Sanctorum, &c.* — Eodem etiá modo corrige nomenclaturam eiusdem Bibliothecæ in *Epist.* dedicat. ad Sixtum V. in §. *Dulcissimum*, pag. 2. initio. — Et similiter corrige in titulo Præfationis ad Orthodoxum lectorem, & in ipso initio Præfationis. — In eadem Præfatione ad Orthodoxum lectorem, pag. 3. Præfationis post med. in §. *Sed meliorẽ*, dele, *meliore illa altera, magisque probanda methodo.* — In Indice Commentariorum, &c. in ipso titulo, pro, *Sanctis Patribus*, repone, *Veteribus Patribus*, & in Indice, dele prænomen *Divi*, aut, *Sancti*, præpositum his nominibus, *Iunilij*, *Anastasij Nicæni*, *Salonij*, *Apponij*, *Lucæ Abbatis*, *Arnoldi*, *Clementis Alexandrini.*

Ex Tomo Primo, Vel Tomo Secundo.

Col. 1. in titulo, qui incipit, *Sanctorum Patrum, &c.* lege, *Veterum Patrum*, & ubi legitur, *Sacræ Bibliothecæ*, dele, *Sacræ.*

In Iunilio Africano.

Col. 1. & 2. & ubicumque *Iunilio*, præponitur *D.* dele illud, *D.* etiá in titulis paginarũ usque ad columnas 23. & 24. — Col. 3. ex Iunilij lib. 1. *de Partibus Divinæ legis* c. 3. lit. C. dele marg. *Scripturæ libri Canonici*, & repone, *Caute lege.* — Cap. 6. col. 5. litera E. ibi in textu, *Ad Timotheum una*, adscribe in margin. *Duæ sunt Epist. Canonicæ ad Timoth.* — Lib. 2. capit. 8. col. 15. lit. A. dele in marg. *Lex vetus iubebat, &c.* & substitue, *Caute lege.* — Cap. 21. col. 20. lit. C. dele in margin. *Homo à Christo assumptus, &c.* & repone, *Caute lege.*

In Anastasio Nicæno.

Dele titulũ *Divi*, præpositum *Anastasio*, initio operis, & in titulis paginar. à col. 31. usque ad 172. — In q. 1. col. 27. lit. B. in §. *Ex Marco Monacho*, adscribe in marg. *Caute lege.* — Quæst. 2. col. 27. lit. D. è regione illorum verborum, *Postquam ergo homo factus, &c.* appone in margin. *Caute lege.* — Eadem q. 2. col. 28. lit. D. dele margin. *Ad orationem non quæritur locus, &c.* & repone, *Caute lege.* — Quæst. 8. col. 40. lit. B. dele marg. *Humilitatis divitiæ, &c.* — Quæst. 11. col. 48. lit. B. dele in margin. *Orationes peccatorum, qui non egerunt pœnitentiam, &c.* & repone, *Caute lege.* — Eodẽ loco paulò inferius, dele margin. *Ad Dei altare nõ sunt admittendæ, &c.* — Quæst. 15. col. 52 lit. E. dele in margin. *Rex impius, &c.* & statim, *Episcopus appellandus. &c.* & repone utrobique, *Caute lege.* — Quæst. 21. col. 64. lit. B. dele margin. *Homo non est factus, &c.* & repone, *Caute lege.* — Quæst. 23. col. 67. litera D. dele margin. *Sarraceni mortem præsciunt, &c.* — Quæst. 60. col. 97. lit. B. dele margin. *Salvum esse quasi per ignem, &c.* & repone, *Aliena, & præpostera interpretatio.* — Quæst. 61. eadem col. lit. E. dele marg. *Peccatum expellit, &c.* — Quæst. 74. col. 111. lit. A. ubi in textu legitur, *Non ergo de præsidibus Ecclesiæ*, adscribe in margin. *Caute lege.* — Quæst. 77. col. 116. liter. E. dele marg. *Quadragesima completur, &c.* & aliam margin. *Sabbato, & die Dominico, &c.* & aliam, *Sabbatũ, & Dominica, &c.* & è fronte textus, repone, *Caute lege.* — Eadem q. col. 118. lit. B. & D. dele etiam marg. *Sabbatum, & dies Dominicus, &c.* & *Sabbato uno, &c.* — Quæst. 87. col. 130. lit. E. dele marg. *Hodie futurum, &c.* & repone, *Caute lege*, & ibid. col. 131. lit. A. dele, *Latrocinium egressus est, &c.* — Quæst. 93. col. 141. (ubi corrupti sunt numeri) lit. B. dele marg. *Trinitas sola, &c.* & *sola Trinitas, &c.* & *Angeli non sunt, &c.* & repone, *Caute lege.* — Eadẽ q. 93. col. 142. (ubi per errorem est 140.) del. marg. *Improbi viri oratio*, &c. & repone

Caute

Caute lege. — Col. 143. (quæ per errorem est 141.) litera E. dele margin. *Sacrificium expers materiæ, &c.* & repone, *Caute lege.* — Col. 144. (quæ per errorem est 142.) litera A. dele margin. *Mentem immundam, &c.* & scribe, *Caute lege.* — Colum. 145. litera C. dele margin. *Rectè facta monachorum, &c.* — Col. 147. litera E. in margin. dele, *Peccata sepeliuntur*, &c. — Col. 153. lit. A. dele marg. *Trinitas sola, &c.* — Eodem loco paulò inferius dele marg. *Virtutes sunt ex æquo, &c.* & substitue, *Caute lege.*

In S. Anastasio Synaita, in Append.

Col. 165. in titulo ibi, *S. P. N. & Martyris*, dele, *& Martyris.* — Lib. 1. colum. 181. litera E. dele margin. *Angeli sunt conditi, &c.* — Col. 184. litera C. è regione illorum verborum, *Vt intelligas supernum mundum*, appone, *Caute lege.* — Col. 189. lit. A. dele margin. *Cur Deus prius terram, &c.* — Eadem col. litera B. dele margin. *Homines è terra geniti, &c.* & scribe, *Caute lege.* — Eadem colum. litera D. dele margin. *De duabus Christi generationibus*, & repone, *Caute lege.* — Colum. 190. B. dele margin. *Incarnationis mysterium primi, &c.* & scribe, *Caute lege.* — Eodem loco paulò inferiùs dele marg. *Angeli non videbant, &c.* & scribe, *Caute lege.* — Lib. 3. colum. 198. litera E. dele margin. *Sistetur literæ, &c.* — Lib. 4. col. 216. litera A. dele margin. *Naturarum unio in Christo Angelis incognita*, & repone, *Caute lege.* — Eadem colum. lit. D. dele margin. *Angeli sole revertente, &c.* & scribe, *Caute lege.* — Lib. 6. colum. 237. litera A. dele margin. *Angeli fuerunt mente, &c.* & scribe, *Caute lege.* — Lib. 7. colum. 260. litera D. dele margin. *Cur hominem potius, &c.* & scribe, *Caute lege.* — Colum. 266. litera D. dele margin. *Litera historiæ, &c.* & repone, *Caute lege.* — Colum. 268. litera A. dele margin. *Arbores & plantæ paradisi, &c.* & repone, *Hæc & sequentia eiusdem argumenti, Caute lege.* — Eadem col. litera D. dele margin. *Quatertio die facta, &c.* & inferiùs litera E. dele margin. *Si Paradisi ligna, &c.* — Lib. 9. colum. 292. litera C. dele margin. *Ligna quibus, &c.* — Colum. 298. litera A. dele margin. *Mulier non exijt, &c.* — Lib. 11. colum. 322. litera E. ubi legitur in margin. *sola mulier est in culpa, &c.* dele vocem, *sola*, & substitue, *Prior*, — Col. 323. litera B. dele margin. *Adamus cum non peccasset, &c.* — Colum. 326. litera B. dele margin. *Serpens decepit Ecclesiam, &c.* — Colum. 328. lit. B. dele margin. *Si serpens intelligatur, &c.* & repone, *Caute lege.* — Col. 331. lit. A. dele marg. *Hæreses orta ex eo, &c.* — Col. 332. lit. B. post marg. quæ incipit, *Pœnæ, quæ à Deo, &c.* & finitur, *corporaliter*, adde, *Duntaxat, sed etiam spiritualiter.*

In Mose Bar-cepha Syro, & 6. Tom.

Parte 1. cap. 1. colum. 407. litera C. è frõte illorum verborum, *Hodie mecum eris*, scribe, *Caute lege.* — Cap. 6. colum. 412. liter. B. è fronte illorum verborum, *Hodie mecũ eris*, appone, *Caute lege.* — Cap. 14. col. 417. litera B. è fronte verborum illorum, *Nam latronis animam eò subvexit*, scribe, *Caute lege.* — Cap. 18. colum. 419. litera A. dele margin. *Cui vel nunc, &c.* & repone, *Caute lege.* — Cap. 20 colum. 426. litera C. dele margin. *Adam non est creatus capax, &c.* & repone, *Caute lege.* — Cap. 22. colum. 429. litera C. ubi in textu legitur: *Nam & Angeli iussa, &c.* adscribe ad margin. *Caute lege.* — Ibidem litera E. dele margin. *Angelorum præmium post, &c.* — Cap. 25. colum. 431. litera C. initio cap. ad margin. scribe, *Caute lege hoc caput.* — Cap. 27. colum. 435. (ubi per errorem est 439.) litera C. è regione illorum verborũ, *Denique ita natura comparatum*, scribe, *Caute lege.* — Colum. 436. (quæ per errorem est 440.) lit. E. è fronte illorum verborum, *Neque enim adhuc sciebant*, scribe, *Caute lege.* — Cap. 28. col. 459. liter. D. ubi ait text. *quali erat indutus Adamus*, scribe in margin. *Caute lege.* — Colum. 479. litera C. ubi in textu legitur, *Animadvertendum hic est, &c.* è regione scribe in margin. *Cavendus error.* — Colum. 483. litera B. dele margin. in *Hebræo est Cherubim, &c.* — Colum. 484. litera B. è regione illorũ verborum, *qui Genij cœlestes*, scribe, *Caute lege.* — Colum. 485. litera A. ad verba illa textus, *immissa est in Paradisum*, appone è regione, *Caute lege.* — Parte 2. cap. 7. colum. 490. lit. C. ubi habetur in marg. *Negant Syri Angelos ante mundum fuisse conditos*, adde, *Et verior sententia.*

In Salonio Viennensi, & Tom. 6.

Col. 535. & 536. dele titulum, *Divi*, appositum, *Salonio*, in duplici inscriptione operis, & deinceps in titulis paginarum, usque ad col. 567. — Col. 564. lit. D. è regione verborum illorum *Quia decem sunt ordines*, scribe, *Caute lege.*

In Olympiodoro,& Tom.6.

Col.571.dele titulum,*Divi*, appositum, *Olympiodoro*,in titulis paginarum,usque ad col. 631. — Cap. 3. col. 586. litera E. ubi in textu habetur, *Iustos verò in supplicijs*, corrige errorem typographi,& lege,*iniustos*. — Cap.9.col. 617. litera A. ubi habetur in margin. *Mystica corporis Christi participatio*,adde,*Simulque vera,& realis*.

In Philone Carpathio,& in Appendice.

Colum.720 litera E.ubi habetur in margin. *Mysticum cibum corporis Christi possidet Ecclesia*,adde,*Simulque verum & reale*.

In Aponio.

Col. 763. in duplici titulo Operis, dele titulum,*Divi*,appositum, *Aponio*: ac deinceps in titulis paginarum,usque ad colum. 830.& ibidem in censura Vdalrici Regij, & in titulo summariolorum Lucæ Abbatis,usque ad col.866.

In Luca Abbate.

Col.839.dele titulum,*Divi*, prępositum *Lucæ Abbati*, in inscriptione operis, & in titulis paginarum,usque ad col. 866. & in inscriptione Scholiorum Vdalrici Regij, dicta col.866.

In S. Theophilo Antiocheno.

Lib.2.Allegoriarum in Marcum,colum. 881. litera B. in margin. *Sic Clemens Apostolus*,dele vocem, *Apostolus*. — Lib. 2. ad Autolicum,col. 909. litera B. dele margin. *Ferarum restituetur*,&c.

In Arnoldo Abbate.

Col. 943.dele titulum *Sancti*, aut, *Divi*, præfixum *Arnoldo*, in operis inscriptione, & in præfatione,& deinceps in titulis tractatuum,& titulis paginarum,usque ad colum.975.

In Victore Antiocheno.

Col 977.in epist.dedicat.ad fin.ubi mẽtio fit Eusebij Emisseni,& Basil.Ancyrani, scribe in margin. *Eusebius Emissenus,& Basilius Ancyranus, hæretici fuerunt.* — Cap. 4.col.999.litera D.in marginali,quæ incipit, *Videndi facultas*, &c. dele in fine illa verba,*Sed non tota*. —Cap. 5. col. 1004. litera D. dele margin. *Dæmones torquentur igni*,&c. & repone, *Cautè lege*. —Colum. 1007. litera E. dele margin. *Non vestimentorum contactus*,&c.& repone,*Caute lege*.

In Tito Bostrorvm Episcop.

Col.1089. in tit. operis, & deinceps in titulis paginarum,usque ad col. 1155. dele titulum *Sancti*, præfixum *Tito*. —Cap. 7. col. 1113. lit. D. dele margin. *Tametsi multi Latinorum*,&c.& scribe,*Caute lege*.

In Theodvlo Coelesyriæ,& Tom.6.

Cap.5.col. 1183. lit. *C*. è regione verborum,*Verum omnia omnium aliorum*,&c. scribe in margin. *Caute lege*. —Cap. 8. colum. 1198 lit. D. ubi in textu legitur, *Nomine tenus*, &c. scribe ad margin. *Caute lege*.— cap. 11. col. 1215. lit. E. dele margin. *Fati necessitas*.

In Clemente Alexandrino.

Col. 235. in duplici titulo operis, dele titulum,*Divi*, appositum *Clementi*.—Colum. 1236. lit. E. dele margin. *Anima immortalis*,&c.& scribe, *Caute lege*.

In S. Victorino Pictaviensi, *Qui ibi nominatur*, Victorinus Pitabiocnsis,& Tom.6.

Col. 1253. lit. B. ubi textus habet, *Sed quia in novissimo tempore*,&c. scribe in margin. *Caute lege*. — Col. 1254. lit. A. ubi legitur in textu,*Ieremiæ autem mors*,&c. scribe in margin.*Caute lege*. — Eadem col.liter.C.è regione illorum verborum, *Fuisse autem eum iam*,&c. scribe in margin. *Caute lege*. —Col. 1259. lit. A. ubi legitur in textu,*Neronem dicit*, &c. scribe in marg. *Caute lege*.

In Andrea Caesareæ Cappadociæ Episcopo.

Cap.7.col. 1276. lit. B. dele margin. *Bonis operibus destitutos*, &c. — cap. 29. col. 1308. lit. A. dele margin. *Ioannes Evangelista*,&c.& scribe,*Caute lege*.

Ex Tomo Secvndo.

In prima libri inscriptione,*Sacræ Bibliothecæ Sanctorum*, &c. lege *Biblioth.Veterum*, &c.& eodem modo corrige fol.1.in Indicis Auctorum titulo,qui incipit,*Homiliæ de Sanctis*, &c. — In ipso Auctorum Indice,dele appellationem, *Divi*, aut *Sancti*, præpositá his nominibus, *Drogonis*, *Faustij*, *Venantij*,*Berengosij*.—Col.5. in titulo, dele,*Sanctorum*,& repone,*Veterum*,&c.

In

In Beato Hippolyto Episcop. & Martyre.

Colum. 14. liter. A. ubi in textu legitur, *Excitabit mortuos*, scribe in margin. *Non verè, sed apparenter.*

In S. Petro Alexandrino. Episcop. & Mart.

Colum. 22. liter. D. ubi incipiunt Balsamonis scholia, adscribe in margin. *Balsamonis scholia cautè legenda, utpote hominis schismatici.* — colum. 32, lit. C, in scholio Balsamonis, ubi legitur, *Quod ij hæc sua voluntate fecerint*, corrige Typographi errorem, & lege, *Quod ij nec sua voluntate, &c.* — Eadem colum. lit. E, ubi in textu Balsamonis legitur, *Dominicis, vel Sabbatis*, scribe in margine, *Loquitur ex ritu Græcorũ.*

In Hesychio Presbytero. Hierosolymitano.

Colum. 44. lit. A. in Homil. 2. ubi legitur in margin. *Dixit non tecum, sed ex te, &c.* dele, *Non tecum, sed.* — Eadem col. lit. D. in tex. dele, *Mater effecta est, quæ minimè sponsa fuit.* — colum. 46, lit. A, dele margin. *Intelligo de cognitura virum*, & eodem loco paulò inferius, ubi in textu legitur, *Qua ratione fiam mater, &c.* adscribe in margin. *Verè fuit sponsa & uxor, quoad essentiam conjugij.*

In S. Cyrillo Hierosol.

Colum. 51, in Procatachesi, sive Præfatione, post initium, dele margin. *Expectat Deus propriam, &c.* Et aliam margin. *Propositum proprium facit, &c.* & scribe in margin. *Cautè lege.* — col. 54, ante medium in margin. *Rebaptizantur hæretici*, adde, *Cautè lege.* — Cateches. 1, colum. 59, litera D, dele margin. *Gratia spiritus pro fidei, &c.* & scribe in marg. *Cautè lege.* — Cateches. 2, col. 62, liter. A, dele margin. *Adami condemnatio.* — Cateches. 5, colum. 83, litera C. dele margin. *Fides qua pro alio, &c.* & scribe, *Cautè lege.* — Eodem loco liter. D, dele margin. *Credente alio, &c.* & repone, *Caute lege.* — Col. 84, litera A, ubi in textu legitur, *Nam apud te ipsum*, scribe in margin. *Cautè lege.* — Cateches. 6, col. 87, liter. A, dele margin. *Angeli secundum quid vident Deum*, & scribe, *Cautè lege.* — Eodem loco, lit. B, dele margin. *Filius & Spirit. S soli Deum, ut est, vident*, & scribe, *Cautè lege.* — Colum. 94, lit. D. dele margin. *Thomæ Evangelium est.* — Colum. 95, D, dele margin. *Hæreticorum libros, &c.* — Cateches. 8, col. 100, E, dele marginal. *De pœnitentia Dei, &c.* — Colum. 102, A, dele margin. *Pecunijs iustificari, &c.* — Cateches. 12, col. 130, A, dele margin. *Maria uxor Ioseph sola desponsatione*, & scribe, *Cautè lege.* — Cateches. 2. Mystagogica, col. 200, lit. A, dele margin. *Baptismus Ioannis tantùm, &c.* & repone, *Cautè lege.*

In Macario Ægyptio.

Homil. 4, col. 308, D, ubi in textu legitur, *Vt uniri posset creaturis suis visibilibus*, scribe in margin. *Cautè lege.* — Homil. 15, col. 358, E, ubi in textu legitur, *Cum sit substantia, & facultas, &c.* scribe in marg. *Caute lege.* — Homil. 17, col. 366, D, dele margin. *Apostoli non planè, &c.* — Homil. 26, col. 391, B, ubi legitur in textu, *Deus expectans bonum propositum tuum*, adscribe in margin. *Cautè lege.* — Homil. 27, col. 398, lit. C, ubi dicitur in textu. *At passurũ esse crucifigendum, &c.* adscribe in margin. *Caute lege.* — Homil. 35, colum. 415. E, appone in principio Homiliæ, *Cautè lege hanc Homiliam.*

In Drogone Hostiensi Episc. & Tom. 8.

Col. 447, dele titulum, *Divi*, appositum, *Drogoni*, in titulo pag. & deinceps in titulis paginarum, usque ad col. 471.

In S. Eligio, & In Append.

Homil. 8, col. 499, (quæ per errorem est 496,) lit. C. dele margin. *Peccanti nihil prodesse, &c.* — Homil. 11, col. 513, lit. B, dele marg. *Peccator ieiunans dæmonum*, &c.

In Antiocho Monacho, Et in Appendice.

Homil. 21, col. 571, lit. B, dele margin. *Vitæ religiosæ nullus est, &c.* Homil. 27, col. 582, lit. A, dele margin. *Etiam dæmones à Christo*, &c.

In Favsto Rhegiensi, & in Appendice.

Colum. 755, in tit. pag. & in inscriptione operis dele titulum, *Sancti*, & adscribe in margin. *Fuit Faustus Semipelagianus, & eius opera damnata à SS. Gelasio & Hormisda, Romanis Pontificibus.* — Col. 760, litera A, ubi legitur in textu, *Quanto nos arserimus ad studium, &c.* adscribe in margin. *Cave locutionem Pelagianam.*

In S. Chromatio.

Expungatur totum epigrāma Scipionis Gentilis in Salvianum Rittershusij, cuius initium, *Qui Pelusiaci*, &c. cum inscriptione, & subscriptione. — In Epistola dedicatoria, quæ incipit, *Cogitandi mihi, Christianissime Rex.* — Pag. 8. ante medium, post illud, *Ac perdurent, perennentque*, dele usque ad §. *Quanta autem veneratione*, exclus. qui est in p. 9. eiusdem Epistol. — In vita Salviani, pag. 4. à medio, post illud, *Quæ tamen uxor eius erat*, dele usque ad, *Apostol. fratrem suum appellat*, exclus. — Pag. 12. sub initium, post illud, *Isaac. Casaubonus denique*, dele usque ad, *Pithœus ergo in Notulis*, exclus. — In Epist. Andreæ Libavij ad Conradum Rittershusium, cuius initium, *Salvianum, quem præ manibus.* Initio Epistol. post illud, *Præ manibus habes*, dele usque ad, *Ad hunc laborem quid mea*, exclus. — Post versum, *Ne careant patres, fœmineæque nurus*, dele usque ad vers. *Hunc iam suadentem*, &c. exclus. — In Epigrammate Michaëlis Virdungi, quod incipit, *O qui pudendum*, in titulo, dele tres ultimos versus eiusdem Epigrammaticis, quorum primus incipit, *Tuque ò sacerdos*, &c. — In Epigrammate Tobiæ Adami, cuius initium, *Non molli tantos*, dele octo ultimos versus eiusdem Epigrammatis, quorū primus incipit, *Hunc igitur Zelo.* — Expungatur totum Epigramma Friderici Taubmani, præfixū libris quatuor Salviani contra Avaritiam, quod incipit, *Rittershusius ille*, &c. — Ex ipso Conradi Rittershusij libro Commētario in Salvianum, deleantur duo Epigrammata, alterum Ioannis Gerhardi, cuius initium, *Dum tu Massiliæ* Alterum Philippi Menzelij, cuius initium est, *Scine manum nunquam*, cum inscriptionibus, & subscriptionibus. — In Programmate Iohan. Exlini, cuius initium, *Si tibi nota parum*, expunge decē postremos versus: primus incipit, *Qua ducit, præfertque.* — Pag. 10. à medio, §. *Pag. 3. non bonam,*)

post

post illud, *Sic ferè infra*, *pag.* 7. dele usque ad illud pagina sequent. post medium, *Alia verò res est, si negotium sit*, exclus. — Pag. 89. ante medium §. *Ibid. non id esse*) post illud, *S. Ambrosius in Lucam*, dele usque ad, *Loca porro Chrysostomi*, exclusivè. — Pagina 208. prope medium §. *Ibid. Thymelicorum*, post illud, *Quod Themele sit*, dele usque ad, *Suidas à Thymele*, exclusivè. — Pagina 251. in fine, §. *In religionis autem graviss.)* dele totum §. usque ad, §. *Sed iam satis*, exclus. — Pagina 259. post illud, *in Spartianum*, *pag.* 31. dele usque ad illud, pagina sequent. initio, *Sic igitur ait*, exclus. — In lib. 7. pagina 303. in fine, pagina & libri post illud, *Hoc potiùs agam*, dele usque ad, *Ioachimi Camerarij Arithmologia*, exclus. — In Notis additis ad superiora, pagina 313. post medium, §. *Ibid. Sacerdotes, & Clerum*, post illud, *Quomodo ipse fuerit affectus*, dele omnia usque ad §. *Ibid. puros arbitror*, exclusivè, qui est pag. 316. in medio. — Pagina 337. ad medium §. pagina 256. *Gladio impudicitiam*, post illud, *Ioan. Fichardi consil.* 115. *volum.* 2. dele usque ad, §. *Ibid. Solitarias*, exclus. — Pagina 361. circa finem, §. *Ibid. quæ seminarunt*, post illud, *Honorio Fortunato*, dele usque ad, *Luculenter Basilius*, exclus. — Ex Notis in Epistolas Salviani in Epistola 1. Pagina 366. à medio, §. *Ibidem*, *tantæ inopiæ*, post illud, *Et Isidorus lib.* 10. *Etymol.* dele usque ad, *Egentem putant*, exclus.

EIVSDEM Commentaria in Oppiani Poëtæ Cilicis de *Venatione* Libros IIII. De *Piscatu*, Libros V. cùm interpretatione Latina, & Indice rerum, &c. Lugduni Batavorum, ex officina Plantiniana, apud Raphelengium 1597.

In prima operis inscriptione, post illud, *Græca excerpsit*, adde, *quæ sunt in hoc opere propria Rittershusij Auctoris damnati, prohibita, cum expurgatione verò permissa.*

In Epistol. Conradi Rittershusij ad Henricum Iulium, cuius initium, *Reverendissime, & Illustrissime Princeps*, &c. pagina 8. vers. finem, post illud, *Causa nominare liceat*, dele usque ad, *D. Ioannem Iagemannum*, exclus. — In Proœmio de vita & operibus Oppiani, pagina 6. in fine, post illud, *Conradus Gesnerus*, dele usque ad, *Tantùm Paraphrasim*, exclusivè. — Pagina 19. ante medium, post illud, *Monembasiæ Episcopus*, dele usque ad, *Ioachimus avus*, exclusivè.

EX EIVSDEM RITTERSHVSII IN *Cynegeticon Oppiani lib.* I. *Commentarij.*

Pag. 149. num. 318. post illud, *& capreæ di pardos*, dele usque ad finem numeri.

EIVSDEM Commentarius in, *Halieutica*, Oppiani. — Expungantur duæ Epistolæ Rittershusij, altera ad Matthiam Belgium, cuius initium, *Priorem patrem*, &c. Altera ad Ioachimum, & Philippum Camerarios, quæ incipit, *Nolim vos*, &c. cum suis inscriptionibus.

Lib. 1. pagina 214. num. 735. post illud, *Observavit hoc*, dele usque ad, I. *Drusius lib.* 4. *Obser.* exclusivè. — Pagina 215. ad nem, eodem num. post illud. *Frid. Sylburgius*, dele usque ad, *Metrum, inquit*, exclus. — Libro 2. pagina 221. numero 4. post illud, *Non indignis vivit*, dele usque ad, *Et Aratus initio*, exclus. — Pagina 222. numero 8. ibi, *Mornæus in divino illo opere suo*, dele, *divino*. — Pagina 223. numero 8. post illud, *Parcarum carcere clausum*, dele usque ad, *Et quod memorabile*, exclus. — Et pagina 318. numero 89. post illud, *Hoc verò Oppiani*, dele usque ad, *Visus est commendare CL. V. Fr. Hotomano*, exclus. — Ex Scholijs in Oppiani Halieutica, expungatur ta Præfatio Conradi Rittershusij, quæ cipit, *Non est is nescij*, &c. cum inscriptione. — In Monitione de Varietate Lectionis quæ habetur ad finem operis, & incipit *Quatuor sunt auctores*, *&c.* post illud, *Sat meritissimè invehitur*, dele usque ad, *Iosephus Scaliger*, exclus.

EIVSDEM *Dodecadeltos*, sive in duodecim tabularum leges Commentarius, Argentorati 1619. excudebat Conradus Scher.

Inurenda Auctori, & operi præscripta nota. — Ex cap. 8. pag. 29. ad medium, post illa verba, *Arnob. lib.* 1. dele tres lineas, usque ad, *Sed ut Romani*, exclus.

EIVSDEM Commentarius in Epistolas Plinij, & Traiani. Ambergæ apud Ioannem Schoufeldium 1609. & 1610.

In titulo Libri post, *Rittershusij l. c.* adde, *Auctoris damnati.* — In Prolegomenis, pagina 28. post, *in libello de Cæsaribus*, dele usque ad, *Et Iohan Baptista*, exclusivè. — Epistola 9. pagina 93. post, *Albericus Gentilis*, dele usque ad, *Putationem facere*, exclus. — Epistola 97. pagina 325. post, *Hactenus Ammianus*, dele usque ad, *Solebant etiam*, exclus. — Epistola 98. pagina 53. post, *Hæc Lactantius*, dele usque ad, *Et con-*

conveniente, excluſivè. — Pagina 354. poſt *Severus Dialogo* 3. c. 13. dele omnia per decem, & amplius paginas, uſque ad §. *Atque hæc ſuper nobiliſſimis*, pagina 365. excluſ.

EIVSDEM Expoſitio Methodica Novellarum Iuſtin. Imperat. Argentorati 1615.

In ipſo titulo, poſt, *Rittershuſio*, dele reliqua, & loco eorum repone, *Auctore damnato*. — Epiſtola Dedicatoria filiorum, quę incipit, *Qui conſilium capiunt*, tota expungatur cum foliis ſequentibus, uſque ad indicem capitum, excluſ. — In Proœmio, capit. 3. num. 30. pag. 25. poſt, *Se accinxiſſe*, dele uſque ad, *Poſtremo nec illud*, excluſivè.

Parte 1. capit. 1. in ſummario, dele num. 15. & numer. 11. pagina 45. poſt, *Verbo Dei ſcripto*, dele uſque ad, *Satis de loco*, excluſivè. — Ibi numero 14. poſt, *Infigendus eſt animis*, dele uſque ad 11. *modo*, excluſ. — Pagina 46. numero 15. poſt, *Græcam etiam aſſumendam*, dele uſque ad, *Quoniam autem*, excluſivè. — Cap. 2. in ſummario dele numero 6. — Et numero 6. pagina 50. poſt, *Præmonendum videtur*, dele uſque ad finem numeri. — Pagina 59. numero 17. poſt, *Sacris litteris debetur*, dele uſque ad, *Claudam hoc caput*, excluſivè. — Cap. 3. numero 12. pagina 61. poſt, *Dei Eccleſiæ feſtinarent*, dele uſque ad finem capitis. — Cap. 4. cum ſummario totum expungatur à pagina 62. uſque ad 64. — Capite 5 in ſummario dele num. 5. & 6. — Et numero 4. pagina 65. poſt, *Viſum eſt ipſi*, dele uſque ad finem capitis. — Cap. 6. numero 5. pagina 68. poſt, *Tractatione indigna eſt*, dele uſque ad, *Inſtitutum ipſum*, excluſivè. — Pagina 69. num. 8. poſt, *De ſe utilitatem præbeat*, dele uſque ad, *Secundo vocabula*, excluſivè. — Pagina 71. num. 24. poſt, *Interdictum eſt Monachis*, dele uſque ad, *Secundo differunt*, excluſ. — Pagina 73. num. 42. poſt, *Mundi oblato*, dele uſque ad, *Hoc tamen etiam*, excluſ. — Pag. 76. num. 56. poſt, *Ex plenitudine poteſtatis*, dele uſque ad, *Non obſtat tamen*, excluſ. — Pag. 80. num. 79. poſt, *Monachis adverſentur?* dele uſque ad, *Reſtat ultimum*, pag. 82. excluſ.

Capit. 7. in ſummario, dele numeros 5. & 6. 26. 27. & 28. item 47. 48. & 49. ité 110. & 111. — Et num. 4. pag. 85. poſt, *Presbyteri & Diaconi*, dele uſque ad, *Origenes harum*, excluſ. ibi, num. 9. poſt, *Hæc Auguſtinus*, dele uſque ad, *Nec dubium*, excluſ.

Pagina 86. numero 14. ibi, *Principatum obtinere vult*, dele, *obtinere vult*, & repone, *obtinet*. — Et infra, poſt, *Alios taceam*, dele uſque ad, *Præterea à ſimplicibus*, excluſivè. — Pagina 87. numero 16. poſt, *à Deo ordinatam eſſe*, dele uſque ad, *Primum igitur*, excluſivè. — Pagina 88. numero 24. poſt, *Charitateſque transferret*, dele uſque ad, *Secundo quod*, pag. ſequenti excluſ. — Pagina 91. numero 40. poſt, *Aliqua afferri*, dele uſque ad, *Tertium igitur*, excluſ. — Pagina 92. num. 47. poſt, *Iuriſdictionem Epiſcopalem*, dele uſque ad, *Sequitur quartum*, excluſ. — Pag. 98. num. 79. poſt, *Invitus ne pertrahitor*, dele uſque ad, *XIV. ſequitur*, excluſ. — Pag. 102. num 108. poſt, *Sacerdotalis, & Imperialis*, dele uſque ad, *Atque hæc hactenus*, pag. 105. excluſ.

Parte 2. cap. 1. in ſummario, dele num. 8. — Et numer. 8. pag. 122. poſt, *Nicena Synodus*, *diſtinctione* 31. dele uſque ad, *Porrò quod & Magiſtratus*, excluſivè. — Cap. 2. num. 18. pag. 137. poſt, *Hic quoque locus*, dele uſque ad, *XXIX. Præſes ſi fortè*, excluſ. — Capit. 10. num. 14. pag. 182. poſt, *Quod autem*, dele uſque ad, *Pro octava putat*, excluſ. — Parte 4. cap. 3. num. 18. pag. 206. poſt, *Eo remiſiſſe*, dele uſque ad, *Si quis quærat*, excluſ. — Capit. 4. in ſummario, dele num. 3. — Et n. 2. pag. 207. poſt, *Vt aliàs latiùs patebit*, dele uſque ad, *Ex iure civili*, pag. 209. excluſ.

Capit. 9. cum ſummario totum omnino expungatur. — Cap. 12. numero 9. pagina 243. poſt, *Tollatur abuſus*, dele uſque ad, *Tantum de ſecundo*, excluſivè. — Pagina 244. numero 14. poſt, *Sive ad ſpiritualem*, dele uſque ad finem capitis. — Capite 14. cum ſummario, & titulo, omnino expungatur. — Parte 6. capit. 3. numero 14. poſt, *Colunt Religionem Catholicam*, dele uſque ad, *Quæſitum eſt autem*, excluſivè. — Parte 7. cap. 8. numero 6. pagina 403. poſt, *Principum & Rerum-public.* dele uſque ad, *Quæritur autem*, excluſivè. — Parte 9. cap. 3. numero 7. pagina 491. poſt, *Quam iudicia*, dele uſque ad, *IV. Indicium aliud*, excluſivè. — Cap. 6. numero 144. pagina 545. poſt, *Videtur iudicare?* dele uſque ad, *Pro qua ſententia*, excluſivè. — Cap. 19. numero 9. pagina 599. poſt, *Bonifacius Octavus*, dele parentheſim. — Capit. 20. cum ſummario, totum deleatur. — Part. 11. cap. 1. in ſummario, dele numero 10. — Et numero 9. pagina 663. poſt, *Pro temporalibus*; &c. dele uſque ad, *Placet autem hoc loco*, excluſivè.

DICES
Librorum
OHIBITORŪ
E. V.
74.

sivè. — Pagina 666. numero 13. post, *Repetitam ex d. l. ult.* dele usque ad, *Sed illam centenariam*, exclus. — Pag. 667. num. 18. post, *Debeat comprehensa?* dele usque ad finem capitis. — Part. 12. cap. 18. in summario, dele *num. 7.* — Et num. 7. pagina 686. post, *Facere iuris iurandi*, dele usque ad, *Notanda est hic*, exclus.

Permittuntur vero eiusdē Rittershusij Notæ in, *Panegyricos veteres.* — Item Notæ in, *Panegyricos veteres.* — Item Notæ ad, *Phædri fabulas.* — Item observationes in, *Auctarium ænigmatum.* — Item, *Philonis*, libellus de, *Iudice*, Græcè, & Latinè, Franc. apud Steinium 1600. 1602.

Alia tamen eiusdem opera prohibentur

Conradvs Ruhel.

Seu, *Ruchelius*, German. Theolog. Luther. August. confes. qui scripsit contra Bellarmin. Gretzerum, & Iesuitas, Wirtembergę 1598. 1602. 1604.

Conradvs Scheiffius.

Seu, *Schleiffius. I. C.* scribebat Stetini 1607.

Conradvs Schlusselburgius.

Seu, *Scheusselburgius*, German. Theologus, Lutheran. August. confes. scribebat Francof. 1594. cuius omnia opera prohibita, specialiter eius libri 3. Theologiæ Calvinistarum.

Conradvs Schmid.

Zuinglij Socius, Theologus, & minister Ioanniticæ domus Cussenaci.

Conradvs Schek.

Conradvs Scommerus.

German. Theolog. Lutheran. scribebat, & edebat Lemgoviæ 1586.

Conradvs Somius.

Conradvs Theodoricus.

Germanus, Theologus, Geographus, & Politicus, Lutheran. Augustanæ confessionis.

Eivs Discursus politicus, *De Munitionibus, & Propugnaculis*, Giessæ, apud Chemlinum, 1608. Permittitur cum nota Auctoris dānati, & operis permissi. Theologica vero perpetuo interdicta.

Conradvs Treuve de Fridelevem.

Conradvs Vlmerus.

German. Theolog. Luthero-Zuingl. scribebat, & edebat Theologica. Ligur 1586. 1600.

Eivs *Vlmerus*, de Solaribus Horologi permittitur cum nota Auctoris, & operis.

Conradvs Wolfangus Platzius.

German. Theolog. Lutheran. August. confes. imprimebat Francof. 1605. *Cuius Iucus succisus Pontificiorum.* Perpetuo interdicitur, sicut etiam, *Inquisitio Catholica.* Tubingæ 1577.

Conradvs Wolfius.

German. I. C.

Conradvs WolffPiatz.

Nisi sit idem qui supra *Platzius.*

Conradvs Worstius.

Calvinistæ, & Ecclesiæ Stenfurtensis primarius minister, deinde etiá primariæ Cathedræ Leydensis Professor Theologus, Divinę simplicitatis, immēnitatis, immutabilitatis, infinitatis, æternitatis, impugnator, & everssor, ab aliis etiam Calvinistis damnatus ante paucos annos, idest, ab ann. 1607.

Constantinvs Fontius.

Seu, *De la Fuente*, Hispanus.

Constantinvs Gentilis.

Copivs Balthasar.

Cornelivs Beccerus.

Polilog. Lutheran. scribebat, & edebat Lipsiæ 1588.

Cor-

CORNELIVS Beckerus.

German. Theolog. & Philolog. Lutheran. Augusf. confes. scribebat Lipsiæ.

CORNELIVS Beverus.

CORNELIVS Hillen. Groninganus.

Ex Auctoribus, & subscriptoribus Conciliabuli Dordrecht.

CORNELIVS Martinus.

Antverpius, Professor Iuliacens.

EIVS *Animadversiones* in Appuleij Librum Perihermeniæ, circũfertur, cum notis Geberharti Elmonhorstij. Est vero opusculum instar cuiusdam Epistolij. Permittuntur adhibita nota auctori & operi

EIVSDEM scriptum, *de Statibus controversis*, Helmenstadij, & Lipsiæ, 1600. prorsus interdicitur.

CORNELIVS Regius, Goesanus.

Ex scriptoribus Dordrechtanis.

CRATO MILIVS.

CRATO Sylerus, *German. Philosoph.*

EIVS Syntagma, disputationum Ethicarum. Cassellij, apud Guilielm. Vvossel. 1607. permittit. cum solita nota Auctoris, & operis.

CYPRIANVS Leovitius.

Bohemus Hardecensis, Mathematicus, & Astronomus.

CYRIACVS Spangenbergius.

German. Theolog. & Histor. Luther. Augusf. confess. Omnia eius opera.

EN CASTELLANO.

CASIODORO de la Reyna.

CONSTANTINO de la Fuente.

Autor condenado, todas sus Obras en qualquier lengua, y especialmente *La Confession del Pecador.*

CYPRIANO de Valera.

Llamado vulgarmente el Herege Español, traduxo en Castellano el libro intitulado *Institucion de la Religion Christiana*, que corre en varias lenguas, cuyo Autor fue Calvino.

Iten, el *Catheciſmo Heretico*, intitulado el *Catholico Reformado.*

Iten, la Biblia, lo qual se prohibe con todo lo demas que escrivio, o traduxo, en qualquier lengua, y de qualquier impression.

SECVNDA CLASSIS,

IN QVA

Libri certorum Auctorum prohibiti, aut expurgati, &c.

C

CÆSARIVS Heisterbachensis.

EIVS Illustrium Miraculorum, & Historiarum Mirabilium, lib. 12. Coloniæ 1591. vel Antvverpiæ 1605. donec prodeat expurgatio.

CÆSAR Cremonius.

EIVS disputatio de Cœlo, prorsus prohibetur.

CAMILLVS de Curtis.

EIVS Diversorij, seu comprensorij Iuris feudalis, secunda pars, Neap. apud Constantinum Vitalem, 1605. omnino prohibetur.

CAMILLVS Leonardus.

Pisaurensis, eius *Speculum Lapidum*, prohibet.

CAROLO Magno.

Opus falso adscriptum, *de Imaginibus*, cuius titulus est, *Opus Illustrissimi, & excellentissimi, seu, spectabilis viri Caroli Magni, contra Synodum, quæ in partibus Græciæ pro adorandis imaginibus gesta est*, prohibet.

GASPARVS Faccius.

EIVS *Politica Liviana*, donec expurgetur.

CHRISTIANI Crucij Delphi.

EIVS *Vita Christi*, ex 4. Evangelistis. Antuerpiæ 1578. prohib.

CHRISTIANVS MASSEVS Cameracenas.

EIVS Chronicorum multiplicis historiæ utriusque Testamenti libri uiginti. Antuerpię, excudebat Ioannes Crinitus 1540. permit.

Ex lib 2. pag. 18. circa finem *in Arphaxat*, post illud contentioso *Lectori satisfaciant*, dele usque ad, §. *Sale anno vitæ suæ*, qui est in pag. 19. excluſ.

CHRISTOPHORVS à Capite Fontium.

EIVS libri de *Necessaria Correctione Theologiæ Scholasticæ.* — Item de *Missæ Christi ordine*, & ritu. — Item epitome, *Novæ illustrationis Christianæ Fidei*, omnino prohibentur.

EIVS, vero Assertio Catholica *de Libero arbitrio, & meritis bonorum operum*, &c. Antuerpiæ ex officina Plantiniana 1575. sic corrigenda.

Lib. *de Libero Arbitrio*, pag. 184. sub initium, post illa verba, *Disputatione contenderimus*, dele usque ad illa, *Quid enim hac Apostoli*, excluſ. — Pag. 199. ante medium, post illud, *Manat & profluit*, dele usque ad *Quæ cum ita sint*, excl. — Pag. 200. sub initium, post illud, *ô deplorandam utriusque conditionem*, dele usque ad, *Porrò si iuxta Paulum*, excluſ. — Pag. 218. post illud, *Merita cum Dei gratia pugnant*, dele usque ad, *Si hæc ante didicisses*, excluſ. — Pag. 232. post illa verba, *Laborem receptorum asseverare*, dele usque ad illa, *Quod si Deus violaret*, excluſ.

clus. — Pag. 39. in illis verbis, *Qui autem hæc ex congruo pacto*, &c. dele vocem, *congruo*. — In Indice dele illud, *Gratiæ nomen condigni superbum vocabulum sustulit.*

Ex eiusdem *Defensionis Fidei maiorum nostrorum*, lib. 2. in quo veritas corporis Christi in Eucharistiæ Sacramento probatur. Romæ, apud hæredes Antonij Bladij hæc corrigenda.

Cap. 16. pag. 112. post illa verba, *Quod ex natura, & Philosophia*, dele usque ad, *Eius veritatem disturrere*, exclus. — Ex Indice, dele, *Naturalibus rationibus contraria docet Fides Catholica.*

Eiusdem *Catholica defensio perpetuæ virginitatis Mariæ Virginis, ac Iosephi sponsi*, &c. Lugduni, apud Michaëlem Iovium, 1578.

Pag. 7. post illud, *Et repugnantibus persuasa voluit*, dele usque ad illud, pag. 9. exclus. *Scio suo B. Virgo.* — Pag. 9. post illa verba, *Virgo, materque simul fuisti*, dele vsque ad illa, *Quis uni Dionysio*, exclusivè. — Pag. 560. post illud, *Salomoni in usu fuisse*, dele usque ad, pag. 362. *Prætor id, quod de Sacerdotum cælibatu*, exclus.

Eivsdem reliqua opera prohibentur, donec expurgatio prodeat.

Christophorvs Iustellus.

Eivs liber Græco-Latinus inscriptus, *Codex Canonum Ecclesiæ universæ* à Iustiniano Imperatore confirmatus, cum notis prohib.

Christophorvs Mylæus.

Eivs consilium de *Scribenda vniversitatis historia*, in quinque libros distinctum. Basileæ, apud Ioannem Oporinum, 1551. habetur vero in 2. tomo artis historicæ pênu, Basileæ, 1579.

Ex lib. 5. ad finem, pag. 391. deleatur *Desiderius Erasmus*, &c. usque *Budæus flagranti studio.*

Chrysostomvs Iavellus.

Eivs tractatus *de Prædestinatione*, qui habetur inter eius commentaria ad primam partem S. Tho. Venet. apud Iuntas, 1596. q. 25. omnino prohibetur.

Eivsdem vero tractatus *de Trinitate*, sic corrigendus in quibusdam antiquioribus editionibus.

Quæst. 30. art. 4. fol. 37. pag. 1. §. *Quantum ad Aureolum*, post illa verba, *de suo inferiori, & non tantum idemptice*, dele usque ad finem articuli. — Quæst. 33. artic. 3. fol. 39. pag. 2. §. *In intellectu enim*, dele totum, §. usque ad §. *Persona procedens*, exclus. — Quæst. 34. art. 1. fol. 40. pag. 1. §. *Vnde verbum*, post illa verba, *à nostro intellectu*, dele usque ad, *Deinde B. Thomas*, exclusivè. — Quæst. 36. art. 3. fol. 42. pag. 2. §. *In responsione ad secundum*, dele totum, §. usque ad §. *Quomodo autem intelligatur*, exclus.

Christianvs Franck.

Seu, *Franeker*, seu, *Francken*, Servetianus, Gardelebiensis. Primum Catholicus, postea Apostata Zvinglianus, cum edidit, *Colloquium Iesuiticum* Basil. 1580. ex officina Petri Pernæ. Sed postea videtur resipuisse, & redijsse ad Ecclesiam Catholicam, & scripsit Epistolam, in qua deplorat suum à Societate Iesu, & Ecclesia discessum, ejusque fidem à se temere oppugnatam Wirtzburgi, 1583.

Clavdivs Espencæus, seu *Spekiæus.*

Eivsdem Collectaneorum *de Continentia*, lib. 6. Parisijs, apud Michaëlem Sonnium, 1565.

Lib. 1. qui est, *de Coniugio, Continentia, & Cælibatu*, sacrorum ministrorum. — Capit. 3. pag. 148. post medium, ubi legitur de Hieronymo, *Vir liber atque vehemens*, dele, *liber atque.* Et cap. 4. pag. 154. lin. 5. ab initio, post illa verba, *Baptismo solvi*, dele duas lineas, usque ad, *Cuius primum*, excl. — Lib. 2. qui est de *Bigamia*, c. 12. pag. 219. paulò post med. post illa verba, *Monacho mastiges habebant*, dele 4. lineas, usque ad, *Sed aliud est de forma*, exclus. — Lib. 4. qui est, *De voto continentiæ*, cap. 10. pag. 516. linea 4. à fine, dele, *Pene nimium.* — Lib. 5. qui est, *De voti redemptione*, c. 1. pag. 587. lin. 5. ab initio, post illa verba, *Admoneri videatur*, dele 19. lin. usque ad, *Quod annis ante plus*, exclus. — Lib. 6. qui est *de Continentia coniugali*, c. 5. pag. 717. ad med. post illa verba, *Cum monachismo commutanda*, dele sex lin. usque ad, *Vt ergo tandem*, excl. — In tertia Appendice, pag. 822. lin. penult. post illa verba, *Andronas observetur*, dele duas ultimas lineas, & quinque alias sequentes in pag. 823. usque ad illa verba, *Si legerint idem*, exclus. — Ex indice dele, *Hieronymus secundis nuptiis parum æquus.*

Et *Hieronymus nuptijs etiam unis cur parum æquus.* Et *Hieronymus notatus.*

EIVSDEM Commentaria in epistolam ad Titum, Parisijs apud Michaëlem Sonnium anno 1567. (quæ editio in num. quidem paginarum discrepat ab alia etiam Parisiensi, paulò antiquiore, anno 1568. apud Nicolaum Chesneau.)

Cap. 1. Digressione 2. p. 65. aut detrahenda in primis sunt, quæcumque in cap. 1. scribit ab initio digressionis 2. *Sed an non, &c.* usque ad §. *Hactenus sine quibus, &c.* excl. Aut certe hunc in modum ea digressio erit particulatim expurganda. Delendum scilicet ab illo initio digressionis per quinque paginas, usque ad §. *Idque adeo in confesso,* — Pag. 74. ad medium post verb. *à Pontifice permissa,* dele usque ad, *Vt etiam quæcunque de morum*, excl. — Dele etiam nota marg. *Apostolicæ Sedis, &c.* — Eodem cap. in carmine, *Vivere qui cupit*, pag. 76. dele ab initio Carminis, usque ad, *Quin apud eundem,* excluſ.

In Carmine, *Per noctem ad nautas,* pagin. 77. post illud, *Ite lares Italos,* dele usque ad, *Suscipite, & qua fata*, excluſivè. — Et paulò post in Carmine, *Petrique domus,* post illud, *Ganimedibus ædes,* dele usque ad, *Audeat igitur, & utinam*, excluſ. — In Carmine, *Mens humana parenti*, pag. 81. post verba, *Ruit observantia cultus*, dele usque ad, *Nec tamen his maculis.* — Et paulò inferius, post illud, *Libidine olentes,* dele usque ad, *Novis date templa,* excluſ. — Garmen, *Roma ipsa,* p. 83. totũ expũgatur, & in sequenti Carmine, *O utinam Pater*, post verba *Iam cognita mundo,* dele usq; ad, *Charitas friget,* excl. — Eodem cap. §. *Et ante auditum Lutherum,* pag. 89. ad finem post illud, *Sollicitudinis parte relicta*, dele usque ad, *Expectativis nimirum*, excl. — Cap. 3. Digressione 10. pag. 513. post verba, *Oecumenicus, & qui non Græci,* dele usque ad, *Sed hoc egeret*, excluſ. — Et pag. 526. post illud, *Tot denique Senatus consulta*, del. usque ad, *& ut sint in officio,* excluſivè.

CLAVDIVS Guillaudus.

EIVS Collationes in omnes D. Pauli Apostoli Epistolas. Lugduni, apud Sebastianum Gryphium. 1543.

Pag. 11. à prima libri inscriptione, post Titulum. *Status Epistolæ ad Romanos* dele usque ad illud, *Paulus primò Fidem docet,* excluſ. — Pag. eadem à medio, sub Titulo, *Loci insignes huius Epistolæ*, num. 1. post illud, *& gloria Dei indigere*, dele usque ad, *docet Paulus,* excluſ. — Ibidem dele totum numer. 2. cuius initium, *Fidem, qua pacem, &c.* usque ad 3. *Vis, & energia,* excluſivè.

In opere, Ad ROMAN. 1. pag. 7. à medio, totus §. cuius initium, *Iustus autem. Propheta de, &c.* deleatur. — Cap. 4. pag. 26. ad finem, dele summarium, seu argumentum Capitis, *Fides iustificat, &c.* — Eod. cap. pag. 27. ad finem, totus §. *Et reputatum est illi, &c.* deleatur usque ad §. *Ei verò, qui non operatur,* excluſ. — Eodem c. pag. 28. sub initium §. *Ei vero, qui non operatur, &c.* post illud, *sed solum negat merita operum,* dele usque ad finem §. — Cap. 10. pag. 81. sub initium, dele notam marginis interioris *Iustitiæ Dei,) Fidei quæ, &c.*

Ad GALATAS, pagin. 240. in locis ante primum caput, num. 2. post illud. *Quæ adeò pus data est*, dele usque ad, *nos iustificari decet,* excluſ. — Cap. 3. p. 254. in fine in summario capitis, post illud, *Non operibus legis,* dele usque ad, *iustificatur homo*, excluſ. — Eodem cap. pag. 255. ante medium, dele margin. *Iustitia ex fide.* — Eodem cap. pag. 263. sub initium, §. *Itaque lex pædagogus,* dele notam marg. *Filij Dei per fidem, &c.* — Ibidem in fine eiusdem §. post illud, *in quo solo iustificamur,* dele usque ad fin. §. — Cap. 5. pag. 276. ante medium, dele notam marginalem, *Ex fide iustitia, &c.* — Eod. cap. pag. 277. initio §. *Evacuati estis,* post illud, *cum Christo habes commercium,* dele usque ad finem §.

Ad PHILIPPENSES, pag. 326. à medio, in locis insignibus ante 1. cap. dele totum numerum 3. cuius initium, *Præter cognitionem unius Christi, &c.* — Cap. 3. sub initium, pag. 337. ante medium, dele notam margin. *Præter cognitionem unius Christi, &c.*

2, Ad TIMOTH. 4. in Conciliatione, pag. 426. post initium deleatur tota secunda Conciliatio, cuius initium *Quid hîc Paulus tam constanter pronuntiat, &c.* usque ad finem, nempe usque ad initium Tertiæ Conciliationis, *Præcepto Domini, quo nos, &c.* excluſivè.

Ad HEBRÆOS 10. pag. 504. initio in marg. dele notam, *Oblatio Christi sola, &c.* — Eodem cap. in Conciliatione, pag. 509. dele notam marg. *Christus solus pro omnibus, &c.*

EX INDICE DELEANTVR ISTA. *Christus solus pro omnibus, &c.* — *Ex fide iustitia, &c.* — *Fides, pax, gratia se, &c.* — *Filij*

— *Filij Dei per fidem in Christum*, &c. *Iustita fidei, ex fide.* — *Oblatio Christi sola*, &c.

EX ejusdem Claudij Guillaudi collatione in Epistolas Catholicas, Parisiis, apud Audoenum Parvum, 1548.

IACOBI 2. fol. 16. pag. 2. ad finem, sub §. *Quid proderit fratres mei*, dele notam margin. *Fides indigna nomine*, &c.

CLAVDIVS Paradinus.

EIVS Symbola heroica. Antuerpiæ ex officina Christophori Plantini 1567. corrigenda.

In Symbolo, *Vindice facto*, pag. 124. post verba illa, *Et eo triumphavit*, dele sequentia, usque ad finem annotationis. — In Symbolo, *Cessit victoria victis*, pagin. 212. ad finem annotationis, ubi ait, *In quo præcipuum Martyrij genus*, dele vocem, *præcipuum*.

CLAVDIVS Verderius.

EIVS in Auctores pene omnes antiquos, potissimum censiones, & correctiones, prohib.

CLEMENS Ottardus.

EIVS preces devotissimæ ad B. Virginem, in quatuor magnæ devotionis officia distributę, absque sacræ rituum Congregationis approbatione, suorumque superiorū licentia impressæ, prohib.

IN CLEMENTEM Alexandrinum.

Additæ notæ, Vide *Fridericus Sylburgius* 1. Class.

EIVS opera Parisijs, ex officina Nivelliana 1612.

Lib. 7. Stromatum post medium pagin. circiter 7. ante finem pag. 741. lin. 10. principio, ubi ait: *Etenim dicunt aliqui, eam, postquam peperisset inspectam ab Obstetrice*, &c. Loquens de Beata Virgine, scribe in margine, *Hæc est prisca fabula, & sacerrima Deiparæ Virginitate indignissima, quam etiam Clemens explodit.*

Ex novissima editione Parisiensi, apud Carolum Morellum 1629.

In ipsa libri facie prima, post illa verba, *Quæ extant in sequenti linea*, post, dele, *Accuratam. D. V.* — Et post, *Heinsij* adde, *Auctoris damnati.* — Et post, *Friderico Sylburgio*; adde, *Auctore damnato.* — Pag. 518. initio annotationū, post illa verba, *Sylburgio Veterano*, adde, *Auctore damnato.*

In annotationibus Sylburgij, pag. 827. colum. 1. lin. 8. ubi legitur *Romanos* 12. *Sed necessariò hic à Clemente adiectum*, dele, *necessariò.* — Pag. 852. col. 2. paulò ante finem, post illa verba, *Canticum in Hebraicis Biblijs*, dele, *Ideoque seorsum inter apocrypha collocatur.*

Ex Indice verò Latino, adde, & dele verb. *Fides etiam ante legem pios justificavit*, &c. — Et, *Ecclesiæ gregem electum*, &c. — Et, *Vniversalis humani generis salus*, &c. — In Indice verborum, & phraseon in monitione Sylburgij ad Lectorem, lin. 3. post, *à Davide Hæschelio*, adde, *Auctore damnato.*

Post Indicem verborum, & phrasium, sequuntur annotationes Danielis Heinsij, quæ expurgandæ, & permittendæ, ut sequitur.

Adde adnotata in Clementis Protrepticon Pædagogum, Stromateon libros, emendationes, ex editione Clementis Alexandrini Græco-Latina, Lutetię apud Carolum Morellum 1629. — Initio annotationum appone Heinsio suam notam Auctoris damnati.

In D. CLEMENTEM Romanum.

In *Clementis Romani* opera, Indices, & notationes marginales. Parisijs, apud Audoenum Parvum, 1568. sic corrigendæ.

In Titulo, post illud, *Ad Philippenses scribens meminit*, dele usque ad, *Ruffino Turano*, exclus. — Lib. 2. Recognitionum, pag. 23. dele notam marginalem, *Tria sunt* &c. — Lib. 10. Recogn. pag. 104. dele notam margin. *Homines non sunt*, &c.

EX INDICE DELENDA, QVÆ SEQVVNTVR.

Christo adversari tria nos cogunt. — *Concilium convocare Imperatoris est.* — *Constantinus Romam constituit*, &c. — *Constantinus convocat*, &c. — *Homines ad fidem non sunt urgendi.* — *Liberi arbitrij adsertores divinum auxilium respuunt.* — *Liberorum procreatio pura*, &c. — *Liberum arbitrium Adam perdidit.* — *Liberi arbitrij vis sine gratia nulla est.* — *Liberi arbitrij adsertio quot mala secum afferat.* — *Mendicare nemo debet, nisi*, &c. — *Missa celebranda solum in loco*, &c. — *Missarum abusus quomodo irrepserit.* — *Monachi à prædicatione Verbi Dei*, &c. — *Niceni Concilij*

acta combusta, &c. — *Nuptiæ quartæ, & ulteriores manifesta fornicatio.* — *Nuptias facit Venus.* — *Opera Deus non respicit, sed cor hominis.* — *Virgines voto adstrictæ perpetuam servare castitatem*, &c.

EIVSDEM *Clementis* opera, ex editione Basileę, 1536. & ex editione Colonię Agrippinæ, per Ioannem Birckmanum, 1569. eadem ferè corrigenda, & delenda, quę in Parisiensi.

COELIVS Malespinæus.

EIVS *Novellæ*, donec expurgentur.

COELIVS Pannonius.

EIVS *Collectanea*, in *Sacram Apocalypsim* D. Ioannis Apostol. Parisijs, apud Michaëlem Iulianum, 1571. corrigenda.

Ex cap. 3. sect. 2. punct. 2. pag. 184. parum à medio, post illa verba, *quorum remiseritis peccata*, &c. dele usque ad, *Habet & ætas nostra*, &c. exclus.

CONRADVS Clingius.

EIVS opera omnia, quandiu non prodierint expurgata.

CONSTANTINVS Forsterus.

EIVS Tractatus de successionibus ab intestato, prohib.

CORNELIVS Iansenius.

Vir sanè doctus, & Catholicus.

EIVS Commentarij in Ecclesiasticum. Lovanij, 1569. Lugduni 1580. & 1597. vel ex quacumque alia editione.

Cap. 45. vers. 5. *Audivit enim*, ad illa verba commentarij, *Rabani ergo lectio*, &c. scribe in margine, *Cautè lege, nam lectio & sensus Latini interpretis merito est probandus.* — Et eodem cap. vers. 33. *Phinées* &c. sub initium, post illa verba, *Interpres autem noster*, dele, *non satis assecutus est sapientis nostri sensum*, usque ad, *qui ut Græcè*, exclusivè.

EIVSDEM concordia Evangeliorum, ex ijsdem editionibus, & Lugdun. 1577.

Cap. 7. super illa verba versic. *Hoc totum factum est*, &c. — Pag. 53. ad finem, post illa verba, *dicendum*, *dictionem alma*, dele, *propriè quidem non significare virginem*, usque ad, *nunquam tamen*, exclus. — Cap. 11. vers. super illa verba, *Ex Ægypto vocavi filium meum*, &c. — Pagina 83. col. 1. ante medium, cum ait, *Altero modo impleri etiam quandoque scriptura dicitur*, &c. Scribe in margine, *Hic interpretandi scripturas modus, parum tutus est in fide, & prorsus rejiciendus, cum aliis exemplis, quem hic peperam interpretatur Iansenius.* — Capit. 14. paulò ante finem, ad illa verba, versic. *Qui fuit Cainam*, &c. — Pag. 122. col. 2. post illa verba, *Secutus est Lucas 70. interpretes*, dele reliqua, usque ad finem §. — Cap. 39. super illa verba, *Vos estis sal terræ.* Pagina 270. col. 1. ad finem, vbi legitur, *Plane maior pars Episcoporum*, repone, *quidam Episcoporum*, &c.

CORNELIVS Mussus Delphus.

EIVS Liber inscriptus, *Imago Sapientiæ*, prohib.

CYMANVS Clinspachius.

Seu, *Elimpachius*, de Tabernis Montanis. Eius Chronologia ex sacris literis, prohib.

CYPRIANVS.

Monachus Cistercienſis, *Commentarij in Librum Iob.* Compluti, ex officina Ioannis Iñiguez à Lequerica, 1582.

Super cap. 7. pag. 147. super illa verba *Sic qui descenderit ad inferos*, &c. dele usque ad, *Inquit ergo similitudinem*, &c. exclus.

In D. CYRILLVM Alexandrinum.

In eius Opera Index, & Notæ marginales, Parisijs 1605.

Ex tom. 1. lib. 3. in Isaiam. capit. 26. pag. 227. col. 2. dele notam marginalem, *Christus solus*, &c. — Ibid. pag. 229. col. 2. dele notam marginalem, *Solus Deus*, &c. — Cap. 37. pag. 270. col. 1. dele notam marg. *Mortuorum adoratio*, &c. — Cap. 41. pagin. 277. col. 1. dele notam marg. *Mortuorum cultus.* — Tom. 2. lib. adversus Anthropomorphitas ad Calosyrium. — Cap. 2. pag. 729. col. 2. dele notam marg. *Quæ in Scriptura sacra*, &c. — Cap. 8. pag. 732. col. 2. dele notam marg. *Christus solus*, &c.

EX INDICE, DELE SEQVENTIA. *Adorationem soli Deo tribuit scriptura.* — *Deus solus nominandus, & adorandus.* — *Mortuorum nullus cultus.* — *Mortuorum cultus.*

EIVSDEM Cyrilli operũ editio Basileę per hęredes Ioãnis Hervagij, & Eusebium

bium Episcopium 1566. ex traductione Ioannis O Ecolampadij, & Wolphfgangi Musculi.

O Ecolampadio, & Wolfgango adhibe notam damnationis.—Et lib. 5. in Isaiam, expunge epistolam Hunfredi, Auctoris damnati ad Elisabetham, quæ incipit, *Et officij erga te mei*, &c.

Ex eiusdem Sancti Cyrilli operum antiquior. edition. interprete Laurentio Hunfredo. dele, Epistolam Dedicatoriam eiusdem Hunfredi in principio positam. — Editio autem posterior Parisiensis etiam, apud Michaelem Sonnium 1573. quæ paulò correctior est, adhuc in 1. tomo habet quatuor illas notatiunculas marginales, superius notatas, quæ auferendæ sunt.

Quia Cyrilli varia opera, à varijs Typographis, atque interpretibus malefidei, edita sunt, ideo caute legendæ, & editiones, & interpretationes parum fideles. Videlicet, Basileæ apud Cratrandrum 1524. & apud Henric. Petrum 1528. & apud Ioan. Hervagium 1546. in cuius 3. & 4. tom. sunt quędam traductiones O Ecolampadij, & in 4. tomo, quædam Wolfgangi Musculi, & Laurentij Humphredi. Item Basileæ, ex officina Hervagiana, per Eusebium Episcopium 1576. cum notationibus Bonavent. Vulcanij.

In editione Basilienſi, per Hæredes Ioan. Hervagij, & Eusebium Episcopium 1566. dele prorsus nomen O Ecolampadij, Hęresiarchæ, qui quædam è Græco transtulit, videlicet, *Dialogorum cum Hermia de Trinitate*, lib. 7. *& quod Spiritus Sanctus est Deus, & non creatura.* — Et contra Iulianum Apostatam, pro Religione Christiana, libro 10. — Et ad Theodosium Regem, de recta fide in D. nostrum Iesum Christum. Et ad Reginas libros duos. — Et ad Euoptium pro defensione quorundam capitum contra Orientales. — Et sermo de eo, *Quod verbum Dei factum sit homo.*

Item quædam quoque Cyrilli transtulit Wolfgangus Musculus, videlicet *Homilias 9. & Epistolas* 30. quæ continentur in 4. tomo, *& declarationem Anathematismorum*, & 12. *Epistolas Synodales Ephesinas.* Adhibenda vero Musculo sua nota damnati interpretis.

Item Commentaria in Isaiam transtulit Laurentius Humphredus, auctor quoque damnatus, cui sua nota adhibenda, & expũgenda etiam Epistola dedicatoria ad Elisabetham Angliæ Reg.

Item transtulit Bonavent. Vulcanius Cyrillum de Adoratione spiritu, & Glaphyra, & Concilij Ephesini Capita 140. *& Thesaurum*, cum notis eiusdem Vulcanij, cui similiter inurenda sua nota.—Item aduersus Antropomorphitas, cum notis, & interpretationibus eiusdem Bonavent. Vulcanij Lugd. Batav. Græc. & Latin. 1605.

CYRIACVS Herdesiani Herdesianus.

EIVS liber, *De periurio, eiusque differentijs, & effectibus repetitio*, prohib.

CYRVS Prodromus.

EIVS Epigrammata, prohib.

EN CASTELLANO.

CALISTO de Plazencia.

Su libro intitulado, *Declaracion de S. Iuan Evangelista*, se prohibe hasta que se enmiende.

CASTILLO de Bovadilla.

En su Politica para Corregidores, y Señiores de vassallos, en tiempo de paz, y de guerra, &c. Autor el Licenciado Castillo de Bovadilla, en Madrid por Luis Sanchez 1597.

TOMO PRIMO.

En el libro 2. cap. 17. num. 15. pag. 905. col. 2. casi al principio, se quiten aquellas palabras, *Aunque Boerio, y otros los equiparan à los Corregidores.* — Num. 168. pag. 961. colum. 4. al medio, despues de, *Actualmente la execute*, quitese hasta, *Y porque esta materia*, exclus. — Num. 189. pag. 972. col. 1. antes del medio, despues de, *Mas delgadas que Alcaldes de Corte*, quitese hasta, *En lo que toca à citar*, exclusivè. — En el mismo lugar se quite toda la anotacion marginal de la letra A. que comiença, *In titul. de forma. respon.* hasta la B. exclus. — En el cap. 18. n. 62. p. 1021. col. 1. antes del medio, despues de, *Fueden los Reyes*, quitese hasta, *Mandarlos salir*, exclus. — Num. 82. pag. 1029. col. 2 al fin, despues de, *Al Iuez seglar que le castigue*, quitese hasta, *Y porque en esto son tardos*, exclus. — Numero 228. pagin. 1095. columna 2. al fin, despues

de aquellas palabras, *Y muchos otros Autores*, quiteſe haſta aquellas, *Y todos los hoſpitales*, excluſ. — Num. 237. pag. 1098. col. 2. deſpues de aquellas palabras cõ que acaba la coluna primera, *Por ſus hijos otorgadas*, quiteſe haſta aquellas, *Y quando ſe dirà que la cauſa*, excluſ. — Num. 296. pagina 1116. colum. 2. al medio, en aquellas palabras, *Que entonces podrà el Rey prevalerſe de los bienes temporales dellos*, haſe de añadir, *en la forma que los Sacros Canones diſponen.*

TOMO 2.

En el lib. 3. cap. 1. num. 40. pag. 16. col. 2. antes del medio, deſpues de aquellas palabras, *Sino de manera que ſe ſienta*, quiteſe haſta aquellas, *Y no puede el miniſtro*, excl. — En el cap. 3. num. 22. pag. 42. col. 2. al fin, deſpues de aquellas palabras, *Porque eſtas en tiempo de neceſsidad*, añadaſe, *eſtrema*. — En el cap. 5. num. 34. pag. 145. col. 1. antes del medio, deſpues de aquellas palabras, *Y torre della, y la reparen*, quiteſe haſta aquellas, *Se lee en la Divina Eſcritura*, excluſ. — Cap. 14. en el num. 61. pag. 458. col. 2. en el medio, deſpues de aquellas palabras, *El es meritorio para con Dios*, quiteſe haſta aquellas, *Y quando ſe le ofrecieren*, excluſ.

CESAR Calderari de Vicenza.

Sus Conceptos Eſpirituales ſobre el *Miſerere mei*, traduzidos de lengua Toſcana, en Caſtellana, haſta que ſe expurgué.

Fr. CHRISTOVAL de Auĕdaño.

Su Sermonario del Adviento, en Valladolid, por Franciſco Fernandez de Cordova 1619.

En el Sermon de Santo Tomas Apoſtol, Diſcurſo 3. al fin en el ultimo §. ſe borre a la margen, *Dio palabra Chriſto à Iudas que ſe avia de ſalvar.*

CLEMENTE Sanchez de Vercial.

Su Sacramental, impreſſo en Sevilla 1502. y de otra qualquier impreſsion, ſe prohibe.

EN ITALIANO.

CAROLO Piacentino.

Su obra intitulada, *Tre libri della Natività de Ioanne Schonero*, ſe prohib.

CIACOPO Riccamati Oſſanenſe.

Su Dialogo Interlocutori il Ricamati, & Mutio.

TER-

TERTIA CLASSIS.

IN QVA

Libri incertorum Auctorum prohibiti, aut expurgati &c.

C

CABALISTICÆ artis, *&c.*

Hoc est reconditæ Theologiæ, & Philosophiæ scriptorum tom. 1. Basil. Henrico-Petri 1587.

CALCAR ad pietatem Latinè, & Gallicè. Leodij 1600.

Calvinismus Heidelbergensis 1593.

Calvinianus Candor.

Cantica selecta Veteris, & Novi testamenti, cum hymnis, & collectis seu orationibus purioribus, quę in orthodoxa, atque Catholica Ecclesia Cantari solent addita, dispositione, & familiari expositione Christophori Corneri Auctoris damnati.

Capita Fidei Christianę, contra Papam, & portas inferorum.

Capita pietatis præcipuè sententiarum Biblicarum, *&c.* Scholæ Cottunensium Wirtemb. 1591.

Carmina amicorum in honorem nuptiarum R. & virtute, doctrinaque præstantis viri Stephani Isaaci, Verbi Divini apud Heylbergenses ministri.

Carminum Proverbialium totius vitæ humanæ statum Delineantium, *&c.* Loci communes, Londini 1603.

Carmina, & Epistolæ de conjugio, ad Davidem Chytræum.

Catherinæ de Genova Vita, donec emenderetur.

Catalogus Papæ, & Mosis.

Catalogus testium veritatis ex Sanctissimis Patribus.

Catalogus Autorum, qui in sacra Biblia scripserunt. Wirtemb. 1579.

Catalogus, & Orthodoxus Ecclesię consensus ex Verbo Dei. Genevæ 1595.

Catechesis Genevensis, Wirtembergensis, Heydelbergensis, & Bipontinatus.

Catechesis Hebraicè, Græcè, & Latinè.

Catechesis Doctrinæ Christianæ in usum scholarum Pomeraniæ.

Catechesis, sive prima institutio, aut rudimenta Religionis Christianæ, Hebraïcè, Græcè, & Latinè explicata, Lugduni Batavorum, ex officina Plantiniana, apud Franciscum Raphelengium.

Catechesis Puerorum in fide, litteris, & moribus.

Catechesis ex corpore doctrinę Christianæ ad usum scholarum puerilium accommodata Wirtemberg. 1571.

Catechesis in Ecclesiis, & scholis Palatinatus. Neostadij, & Heydelberg. 1585. 1589.

Catechismus Iesuitarum, seu examen eorum doctrinæ.

Catechismus pro Ecclesia Antverpiensi, quæ confess. Augustanam profitetur.

Catechismus Ecclesiæ Argentoratensis.

Catechismus pro Ecclesia Wirtēberg.

Catechismus super Evangelium Marci.

Catechismus, sive explicatio Symboli Apostolici.

Catechismus Geneuensis.

Catechismus Latino-Germanicus.

Catechismus maior, & minor.

Catechismus parvus pro pueris in scholis nuper auctus.

Catechismus, sive symboli expositio.

Catechismus Tubicensis.

Causæ motivæ, cur Nicolaus Xilander Borrussus doctrinā Lutheranorū, cuius aliquādo minister fuit, nō debuisset deserere.

Causæ, quare synodum indictam à Romano Pontif. Paulo III. recusarint Principes Status, & Civitates Imperij profitētes puram, & Catholicam doctrinam.

Causæ

Causæ cur in Cœnæ Dominicæ verbis to rhetton sit retinendum. Ienę 1571.

De *Cœna Dominica*, liber sic inscriptus, & monendus lector similes inscriptiones opusculorum, disputationum, seu controversiarum familiares esse hæreticis, & eo solo nomine Catholicis omnibus suspectas esse debere, sive adiunctum habeant Auctoris nomen, sive sine nomine Auctoris.

Censura Orientalis Ecclesiæ, *&c.* à Stanislao Socolovio ex Græco in Latinum conversa. Dilingæ, vel Colon. 1582. donec prodeat expurg.

Centum Gravamina, *&c.*

Centum, & quatuordecim sententiæ PP. de officio verorum Rectorum Ecclesiæ.

Centuria Epistolarum Theologicarum ad Ioan. Schvvebelium, *&c.* Bipontini 1597.

Centuria prima Monasteriorum Germaniæ, sive Chronologia.

Centuriæ Historiarum Magdeburgensium, seu Centuriata historia.

Calendarium Gregorianum perpetuum, Francofurt. impressum, omnino prohibetur.

Chirvrgia.

In qua scriptores veteres, & recentiores, *&c.* Tiguri, per Andream Gesnerum, *&c.* 1555.

Fol. 1. in aversa pag. & Catalogo scriptorum Chirurgicorum, adhibe notá Scriptoris damnati Ioanni Langio, & Conrado Gesnero. Et similiter in inscriptione Epistolæ nuncupatoriæ, post *Conradus Gesnerus*, adde, *Scriptor damnatus.*

Pag. 311. Ioannis Langij Lembergij *Themata aliquot chirurgica*, ex opere Epistolarum ipsius, permittuntur, adhibita nota solita Auctoris, & operis. — Pag. 393. *Conradi Gesneri de medicinæ chirurgicæ præstantia, & antiquitate*, &c. — Item *Enumeratio Alphabetica* Virorum illustrium, qui rem chirurgicam excoluerunt, eiusdem Auctoris, similiter permittitur, *&c.*

Item Chirvrgiae Thesavrvs, continens præstantissimorum Auctorum, *&c.* opera chirurgica collecta, per Petrum Vffenbachium, Francofurti, typis Nicolai Hofmanni 1610.

In prima libri facie post Guilielmi Fabritij Hildani, scribe, *Auctoris damnati*, opere verò permisso. — Deinde fol. 4. in tit. *De medicinæ chirurgicæ præstantia* Conradi Gesneri observationes, adhibe Gesnero notam damnati Auctoris, & opusculi permissi. — Pag. 1605. ubi incipit, *Centuria observationum Guilielmi Fabricij*, adde illi notam præscriptam. — Et pag. 1069. in fine præfationis ad lectorem, expunge epistolium Ioannis Rheterij cum versibus Græcis, & cum 10. alijs epigrammatis sequentibus laudatorijs in pag. 1070. & 1071. Auctorum quoque damnatorum Antonij Fayi, Ioannis Rheterij, Gaspari Dornavij, Nathanaëlis Canbuti, *&c.* — Præterea pag. 1120. adhibe Antonio Fayo notam, *Auctoris damnati*, in subscriptione Epistolę. — Pag. 1139. in tit. libri de Combustionibus, post, *Fabritij Hildani Chirurgi*, adde, *Auctoris damnati.* Et huius operis expurgationem vide in Guilielmo Fabritio 1. Class. — Sed in hac tamen editione expunge pag. 1143 Carmina Nicolai Vireti sectarij post Epist. dedicatoriam.

Chorvs Orthodoxus testium Dei, de Incarnatione Verbi, & de sacra Cœna, Schaffusij 1592.

Christiana institutio, sive Christiani hominis institutio.

Christiana responsio, ministrorum Evangelij. Basil. *Cur Missam*, &c.

Christiana iuventutis crepundia.

Christianæ scholę epigrammatum lib. duo, ex varijs Poetis excerpti de *Christianissimi Regis periculis*, & notata quædam ad Sfondrati Pontificis Romani litteras monitoriales. Francof. apud Martinum Lechlerum 1591.

Chronographia Ecclesię Christianę, impressa Basileæ, apud Nicolaŭ Bryllingerum 1551. & ubicumque impressa fuerit.

Chronologia ex sacris Litteris, donec prodeat expurgatio.

Chronologicarvm rerum libri duo, donec prodeat expurg.

In *Ciceronis omnes Orationes.*

Doctissimorum Virorum enarrationes, *&c.* Basileæ, per Ioannem Oporinum 1553. ut apparet ex dedicatoria.

In prima facie, in fine, post *Ioannem Oporinum*, adde, *Typographum, & Auctorem damnatum.* Et similiter in inscriptione Epistolæ dedicatoriæ, post *Ioannes Oporinus.*

Deinde expungenda folia, quæ sunt ante Catalogum enarrationum primi tomi, & inurēda nota dānationis nominibus sectariorum, videlicet Michaëli Toxitę, Cælio secūdo Curioni, Ioachimo Camerario, Petro Ramo, Othoni Werdmullero, Vito Amerbachio, Valērino Erithręo, Xysto Betuleio, Christophoro Hegēdorphino, Ioan.

Ioanni Sturmio, Christophoro Cornero, & si quis alius ex Novatoribus. Nomen vero Philippi Melanchthonis prorsus expungendum tam in hoc Catalogo prævio, quam in totius operis discursu, vbicumque occurrerit.

In easdem orationes variorum commentaria. Basileæ, ex officina Roberti Winter (ut in fine habetur) 1539.

In aversa primi Folij pagina, in præfatiuncula typographi ad Lectorem, dele nomen Philippi Melanchthonis. — Fol. 2. in Præfatione Iacobi Bedroti, quæ incipit, *Quum ante biennium, &c.* Appone Bedroto notam dãnati Auctoris. — Fol. 6. ex Elencho Auctorum, dele nomen Philippi Melanchthonis, in opere, & scholijs. Christophoro autem Hegendorphino, adhibe notam Auctoris damnati. Et similiter Ioanni Sturmio, & siquis alius sectarius inter illius Elenchi Auctores deliteſcat.

Item in Ciceronis orationes annotationes. Vide *Ioannes Thomas Freigius* 1. Classſ.

In Ciceronis omnes epistolas familiares Annotationes variorum. Lugduni, apud Sebastianum Gryphium 1542.

In aversa primi folij pagina ex Catalogo Auctorum, expunge nomen, ubicumque occurrerit. *Philippi Melanchthonis.*

Cinglianorum quorumdam errorum, &c. Index, à ministris Ecclesiæ Hallensis in Saxonia 1571.

Circulus charitatis divinæ, sive sub alio titulo, *Circulus Divinitatis*, donec expurgatio prodeat.

Civitatis Magdeburgensis Publicatio literarum ad omnes Christi fideles, anno 1550.

Civilium apud Belgas bellorum initia, progressus, finis optatus, in quam rem remedia à ferro, & pace præscripta, Fidei, Patriæ, Orbis nomine, anno 1627. Liber ita inscriptus. — Item, *Reformata Apocalypsis Batavica.* Videntur permitti debere, utpote quamvis sine Auctoris nomine, typographi, aut loci, ubi excusa fuerint, tamen planè videantur composita ab Auctore Catholico, rerum gnaro, prudente, ac publici boni, & pacis studioso.

Clavicula Salomonis, sive impressa, sive manuscripta.

Clementis VIII. Ferrariam petentis, & ingredientis, *Apparatus*, & forma.

Cleri *Pontificij habitus*, & descriptio, Francofurti 1587.

Collatio Catholicæ Christianorum Fidei, *de Persona Christi, & sacra eius Cœna* &c. Neapoli. 1587.

Collatio Divinorum, & Papalium Canonum.

Collectanea demonstrationum, ex Prophetis, Apostolis, & Doctoribus Ecclesiæ, *Quod Spiritus Sanctus, à solo Patre procedit.*

Collectio figurarum omnium sacræ Scripturæ, donec expurg. prodeat.

Collectio in unum corpus omnium librorum Hebręorum, Gręcorum, Latinorũ, necnon Germanicè, Italicè, Gallicè, & Hispanicè scriptorum, qui in Nundinis Francofurtensibus, ab anno 1564. usque ad Nũdinas Autumnales, anno 1592. *&c.* venales extiterunt, sive sint cum Auctoris, & Collectoris nomine, sive sine illo: qualis ille est, qui inscribitur, *Vetus sæculi, eiusque Virorum literatorum monumentis florentissimi*, &c. ab anno 1500. usque ad, 1602. Auctore Ioanne Clesio Wineccensi, Hannoio, Francof. ex officina Ioannis Saurij 1602. Sive, *Bibliothecæ Classicæ Catalogusve officinalis*, in quo singuli singularum facultatum libri, *&c.* Auctore Georgio Draudio. Francofurti, apud Nicolaum Hoffmannum 1611. Sive denique Catalogi, aut Catalogorum Collectiones, Annuæ, sive Semestres Nundinarum Francofurtensium, Vernalium, aut Autumnalium, sive denique quicũque alij Cathalogi, aut Indices, quibus contineantur libri, aut opera quæcumque Protestantium, aut aliorum Hæreticorum, ita permitti poterunt, ut ij, ad quorum manus eiusmodi Catalogi pervenerint, prorsus teneãtur illos exhibere Fidei Inquisitorib⁹, alijsvè ad id munus designatis, qui alicuius utilitatis gratia, eorum usum concedent, non passim, neque quibusque, sed vel viris probatæ doctrinæ, & eruditionis, vel selectioribus Bibliopolis, vel demum alijs, qui bonum publicum iuvare posse videantur.

Collegivm *Politico-Iuridicum*, continens omnium generalium Politicarum materiarum brevem, methodicam, & perspicuam propositionem, *&c.* proponente, & præsidente Ioan. Henslero, *&c.*

Collegivm Politicum iuxta Methodum Logicam, propositum in Academia Giessena.

ad finem problematis. — Problema 75. ad finem, post illud, *Fuisse Gigantes in terra*, dele usque ad finem problematis. — Problema. 80. sub initium, post illud, *Vel in hortum deliciarum*, dele usque ad, *An hoc fuit*, exclusivè. — Problema. 92. post initium, ibi, (*Vt habet mendosa editio*,) dele, *Mendosa*, & scribe, *Vulgata*. — Problema. 101. initio, post illud, *Indicare videtur?* dele usque ad, *An igitur ebrius fuit*, exclusivè, & dele, *Igitur*. — Problema 106. sub initium, post illud, *Quod valde ridiculum est*, dele usque ad, *An igitur* (*ut veri*, exclus. & dele, *Igitur*.

Sectione 3.

Problema 107. ibi, *Quod indicant verba veri textus*, dele, *Veri*. — Problema 108. ad finem, ibi, *Cui decreto Christus quoque subiacuit, qui primos annos*, dele voces illas, *Cui decreto, subiacuit, qui*. — Problema 113. dele totum. — Problema 124. initio, post illud, *Vt aliqui opinantur*, dele usque ad finem problematis. — Problema. 126. ibi, *Nec enim anima convenienter expurgatur aqua corporea, & elementari*, adde, *Nisi elevetur à Deo*. — Problema. 130. post illud, *Peccatoris, & menstruatæ*, dele usque ad, *Aqua illa, de qua dicitur, &c.* exclusivè. — Problema 133. post illud, *Post resurrectionem*, dele usque ad, *An*, (*ut adfiguratum*, exclusivè. — Problema. 134. post illud, *Semper est infaustius*, dele usque ad finem problematis. — Problema 137. sub initium, post illud, (*Vt allegoriam conscendamus*, dele usque ad, *Exploraverat pater*, exclusivè. — Problema 144. initio, ibi, *Hæc per allegoriam scripta sunt?* adde voculam, *Hæc per allegoriam etiam scripta sunt?* — Problema 175. initio, post illud, *Erga filios suos fecerunt*, dele usque ad, *An quia debebat*, exclusivè. — Problema 177. totum deleatur. — Problema 183. initio, post illud, *Esse puteos ab Izahac?* dele usque ad, *An quia robustiores*, exclusivè. — Problema 186. post initium, post illud, *Effectus fuerit Izahac?* dele usque ad, *An igitur, quia ut*, exclusivè. — Problema 187. sub initium, post illud, *Ob ingravescentem ætatem?* dele usque ad, *An igitur cæcus erat*, exclusivè, & dele, *Igitur*. — Problema 189. sub initium, ibi, *Pro quo mendosa editio habet*, pro, *Mendosa*, scribe, *Vulgata*. — Problema 195. initio, post illud, *Iuxta litteram intelligendum est?* dele usque ad, *An ut innuatur*, exclus. — Problema 196. ad finem, post illud, *Dæmoniaci sunt*, dele usque ad, *Imò filij diaboli*, exclus. Et pro, *Imò*, scribe, *Id est*. — Problema 212. initio, post illud, *Ancillis commiscuit?* dele usque ad, *An id factum fuit*, exclus. — Problema 215. post illa verba, *Partui inimicatur*, dele usque ad, *Lilia exponere*, exclus. — Et ubi legitur, *exponere debuissent*, lege, *Exponere potuissent*. — Et inferiùs, ubi legitur, *Eiusmodi quoque error*, lege, *Eiusmodi quoque vox*. — Et post, *Dederunt odorem*, dele usque ad, *Lilia itaque*, exclus. — Problema 217. ubi legitur, *Quod minimè de mandragoris*, dele vocem, *Minimè*, — Et in fine post illa verba, *Dementiam induxit*, dele usque ad finem problematis. — Problema 232. initio, post illud, *An fuit ipse Deus unicus?* dele usque ad, *An igitur* (*ut Sapientes*, exclus. & dele, *Igitur*. — Problema 233. totum deleatur. — Problema 234. post illud, *Et iubilarent omnes Filij Dei*, dele usque ad finem problematis. — Problema 243. initio, post illud, *Vt in Genesi dicitur*, dele usque ad, *An igitur quia impedivit*, exclus. & dele, *Igitur*.

Sectione 4.

Problema 252. initio, ibi, *Vt aliqui insulsè opinantur*, dele, *Insulsè*. — Et inferiùs, post illud, *Admodum displicuit*, dele usque ad, *Detulit malam famam*, & loco expunctorum, substitue, *Hebraïcè*. — Problem. 256. ad finem, post illud, *Opportunum viderat*, dele usque ad finem problematis. — Problema 265. totum deleat. — Problema 266. ante medium, ibi, *Et hoc per commixtionem* pro, *Commixtionem*, scribe, *Vnionem*. — Problema 267. post initium, post illud, *Et geminos habuit*, dele usque ad, *Sic etiam Iudæ contigit*, exclus. — Et inferiùs, post illud, *Intendebat fornic.* dele parenthesim, usque ad, *Hinc ad expurgandum*, exclus. — Problema 268. post illud, *In Ægyptum descenderunt*, dele omnia usque ad illud, *Propterea scriptum est*, excl. — Problem. 272. initio, ibi, *Sed nonne veritas litteræ habet*, scribe, *Sed nonne Hebræa littera habet*. Et ibi, *Quod revelationem*, scribe, *Quod etiam revelatorem*. — Problema 284. initio, post illud, *Dixit filys suis*, Congregamini, dele usque ad, *Heasphu*, exclusivè. — Problema 285. ibi, *Nec enim, Rubem prior in donis*, dele, *Nec enim*, & post illud, *In donis dicitur*,

tur, dele usque ad, *Sed residuum doni*. Et hoc ita scribe, *Et Hebraïcè, residuum doni*. — Problema 290. in fine, post illud, *Asinus dicitur*, dele usque ad, *Verberibus trahendum est*, exclusivè. — Problema 304. ad finem, post illud, *In sacrificio vespertino*, dele usque ad finem problemat. — Problem. 310. versus finem, ibi, *Propriam cælestis influxus portionem*, dele, *Cælestis influxus*.

Sectione 5.

Problema 311. sub initium, post illud, *Susceptum Mosem intelligamus?* dele usque ad, *Moses tamen per quandam*, exclus. — Problema 314. initio post illud, *Vt habet communis editio*, dele usque ad, *An igitur ultra desertum*, & dele, *igitur*, & in fine, post illud, *Postea suscepit*, dele usque ad finem problemat. — Problem. 317. versus finem, post illud, *Et ab istis*, dele parenthesim, usque ad, *Omnia concluduntur*, exclusivè. — Problema 318. ad finem, post illud, *Asser medium patrem*, dele usque ad finem problemat. — Problem. 335. totum expungatur. — Problema 338. post illud, *Contra decem præcepta*, dele usque ad, *Sicut enim denario*, exclus.

Sectione 6.

Problema 346. ante medium, post illud, *Duodecim fontium supernorum*, dele usque ad, *Qui fontes*, exclusivè. — Et post illud, *Supremo omnium fonte*, dele usque ad finem problemat. — Problema 365. initio, post illud, *Cum Mose excusantis*, dele usque ad, *An alia simili ratione*, exclusivè. — Problema 371. ibi, *Facies essentiæ, quam nudam*, pro, *Nudam*, lege, *Infinitè*. — Problema 374. initio, post illud, *Vt in textu dicitur*, dele usque ad, *Evenit, quia*, exclus. — Et in fine, post illud, *Absque oculorum læsione*, dele usque ad finem problematis. — Problema 380. ibi, *An per allegoriam*, scribe, *an etiam per allegoriam*. — Problema 398. sub initium, post illud, *Litteram intelligendum est*, dele usque ad, *An igitur ex vertice*, exclus. Et pro *Igitur*, scribe, *Etiam*. — Et parum à medio, post illud, *In percussione petræ*, dele usque ad finem problematis. — Problema 400. sub initium, post illud, *Sepultus autem fuit*, dele usque ad, *in Gai. Cuius verbi*, exclus. — Et ad finem, *Quibus transmutatum fuit*, scribe, *Quibus transmutabitur*. — Problema 401. totum deleatur.

Sectione 7.

Problema 402. ad finem, ibi, *Quadraginta diebus præparatur*, pro, *Præparatur*, scribe, *apparet*. Problema 410. totum deleatur usque ad finem. — Problema 414. initio post illud, *Reges regnarunt*, dele usque ad *Reguli erant*, & dele post, *Reguli erant* omnia usque ad, *An igitur sunt triginta*, exclus. Et pro, *Igitur*, scribe, *Etiam*. — Problema 417. ibi, *An igitur de superiori*, pro *Igitur*, scribe, *Etiam*.

Sectione 8.

Problema 423. ad finem ibi, *Sed non tum obcæcari*, pro, *obcæcari*, lege, *desisti*. Problema 424. ad finem, ibi, *Problema proposuit, dicens*, dele, *Problema*. — Problema 425. ad finem, post illud, *In genere propo* dele usque ad finem problemat. — Problema 431. ibi, *Pro quo mendosa editio*, pro *mendosa*, scribe, *Vulgata*. Et ibi, *Maxilla interpretari debeat*, pro, *Debeat*, lege, *Posit*. — Pag. 434. sub initium, post illud, *Abijci lent?* dele usque ad, *An igitur de meliori* exclusivè. Et pro, *igitur*, rescribe, *etiam*. — Problema 439. initio, post illud, *Propter æmulationem*, dele usque ad, *An quia ipsi figurarunt*, exclus. — Problema 443. initium, post illud, *Corporea est?* dele usque ad, *An igitur captus erat*, exclus. — Et pro *Igitur*, scribe, *Etiam*. — Et ad finem illud, *Sine lucerna sacerdotali*, dele usque finem problematis. — Problema 453. medium, ibi, *An excitavit spiritum*, vel *umbram Samuelis*, dele, *Spiritum vel*, & pro vocem, *Samuelis*, dele usque ad, *Quod ad iusmodi*, exclus.

Sectione 9.

Problema 464. sub initium, post illud *Vel amygdalarum*, dele usque ad, *An igitur unctione*, exclus. Et pro, *igitur*, scribe, *etiam*. — Problema 474. 475. & 476. dele ad omnia. — Problema 479. sub initium, post illud, *In meram derisionem*, dele usque ad *An igitur illa*, exclusivè. Et pro, *Igitur*, scribe, *Etiam*. — Problema 483. deleatur totum. — Problema 486. ad medium, post illud, *In tertio Regum volumine*, dele usque ad finem problem. — Problem 487. totum deleatur. — Problema 488. versus finem ibi, *nec enim est sermo de Sina*, addita voce scribe

scribe, *Nec enim tantum est sermo*, &c. — Et post illud, *Ierosolyma materiali*, dele usque ad, *sed de supernis locis*, exclusivè. — Problem. 493. à medio, post illud, *ut nonnulli dicunt*, dele usque ad finem probl. — Probl. 496. ibi, *ut tandem ea perficiens*, pro, *perficiens*, scribe, *permittens*. — Problem. 498. totum expungatur.

Tono 2. Sectione 1.

Problem. 8. in medio, ibi, *Quibus etiam corporis viribus*, dele, *corporis*. — Probl. 16. initio, post illud, *legem tradidit?* dele usque ad, *An quia homo primo*, exclusive. — Problem. 23. initio, ibi, *decreto cælorum fatum*, pro, *cælorum*, scribe, *Dei*. — Probl. 24. totum deleatur. — Problem. sub initium, post illud, *Hinc ab omnibus suscipienda*, dele usque ad finem problem. — Problem. 28. ibi, *ne comederetur, est Christus*, addita vocula, scribe, *ne comederetur, allegoricè est Christus*. — Problem. 30. totum deleatur. — Problem. 33. initio, post illud, *circuncidi arbores?* dele usque ad, *habetur*, exclusive. — Et loco expunctorum, repone, *Hebraicè*.

Sectione 2.

Problem. 52. totum deleatur. — Problem. 67. post illud, *sæpiùs comprobatum est*, dele usque ad finem problem. — Problem. 76. & 77. tota deleantur. — Probl. 80. ad finem, post illud, *valde oblectantur*, dele usque ad finem problem. — Probl. 83. post illud, *lucis ad tenebras*, dele omnia usque ad finem problem. — Problem. 84. à medio, ibi, *in Sehir loco dæmoniaco*, dele, *dæmoniaco*. — Problem. 95. in medio, post illud, *sacerdotij sempiternum*, dele usque ad, *Non quippè effusio*, exclusive. — Problem. 96. 97. 98. tota deleantur.

Sectione 3.

Problem. 104. ad finem, post illud, *& primum mobile?* dele usque ad finem probl. — Problem. 132. sub initium, ibi, *Nam (ut Plato magno sacramento differit)* dele, *magno sacramento*. — Problem. 135. à medio, post illud, *Missus fuit ad Apostolos*, dele, usque ad finem problem. — Problem. 136. à medio, post illud, *proponebantur hi panes?* dele usque ad, *An in signum*, exclusivè. — Problem. 141. versus finem, post illud, *illud autem Ad ne*, dele usque ad finem probl. — Problem. 143. versus finem, post illud, *& fœmina, creavit eos*, dele usque ad finem problem. — Problem. 144. versus finem, post illud, *civitatis innuere videtur*, dele usque ad finem problem. — Problem. 149. initio, post illud, *Lapidibus ornari voluit*, dele usque ad, *Sed nos quibus*, exclusive. — Problem. 152. in fine, post illud, *expressis nominibus*, dele usque ad finem probl. — Problem. 153. ad finem, post illud, *duodecim fortibus*, dele usque ad, *Et hoc in figura, & virtute*, exclusive. — Problem. 154. in fine, ibi, *Non Dei, sed diaboli*, pro, *sed diaboli*, scribe, *digni*.

Sectione 4.

Problem. 157. ad finem, post illud, *cunctis generationibus*, dele usq; ad finem problem. — Problem. 162. ad medium, post illud, *uniretur cum sacerdote*, dele usque ad, *Quod à Sacerdote penitus*, exclusive. — Problem. 163. à medio, post illud, *suam propriam præparavit*, dele usque ad finem problem. — Problem. 166. totum expungatur. — Problem. 167. initio, *Christiani omnes sint sacerdotes*, addita vocula, scribe, *Christiani omnes spiritualiter sint sacerdotes*. — Problem. 183. post medium, ibi, *Virtutibus cœlestibus, quæ aliquo sensu vigent*, dele, *aliquo sensu vigent*. — Problem. 189. in medio, post illud, *ab eo denominatum*, dele usque ad, *Diversaquè in huiusmodi*, exclusive. — Problem. 196. initio, post illud, *vel voto coactus*, dele omnia usque ad, *Sed cur laudatur votum* exclusive. — Problem. 199. totum deleatur. — Problem. 207. sub initium, post illud, *mulier autem*, dele usque ad, *viri imago est*, exclusive. — Problem. 210. post illud, *dictum est,) fiebat*, dele usque ad, *sacrificium vero matutinum*, exclusive. — Et loco expunctorum substitue, *ad placandum tribunal iustitiæ*. — Problem. 212. post initium, post illud, *in defensionem pedum?* dele omnia usque ad, *Et hoc quousque*, exclusive. — Problem. 215. sub initium, post illud, *ad satisfaciendum pro peccato*, dele usque ad, *Vnde docemur*, exclusive. — Problem. 216. propè medium, ibi, *panem sapere aliquam divinitatem*, pro, *sapere*, scribe, *indicare*.

Sectione 5.

Probl. 227. sub initium, ibi, *Non erat in*

potestate ipsorum promulgatorum servare legem, addita vocula, scribe, *promulgatorum sine divino auxilio servare legem.* — Problem. 229 à medio, ibi, *Quam perfectam in se habent*, adde, *quam ut cumque perfectam in, &c.* — Problem. 231. sub initium, post illud, *transgredientibus legem*, dele usque ad, *An cum effectu*, exclusive. — Et à medio, post vocem Hebraïcam, *Berach*, dele usque ad, *Habent, & illi*, exclusive. — Problem. 235. ante medium, post illud, *bonis privati*, dele usque ad, *An (ut secretiora tangamus,)* exclusive. — Problem. 242. à medio, ibi, *ficus autem sacramentalis*, pro, *sacramentalis*, scribe, *mystica.* — Problem. 245. ibi, *sed iuxta veritatem litteræ*, scribe, *iuxta Hebræum*, & dele, *sed.* — Problem. 247. ad finem, post illud, *loci edocto*, dele usque ad finem problemat. — Problem. 248. sub initium, post illud, *mendicare cogeretur?* dele usque ad finem probl. — Problem. 252. 253. 254. 255. tota deleantur, usque ad finem. — Problem. 259. in fine, ibi *miserias nostras fœtentes*, dele, *fœtentes.*

Sectione 6.

Problema 268. expungatur totum usque ad finem. — Problem. 269. initio, ibi, (*ut aliqui exponunt,*) scribe, (*ut aliqui malè exponunt.* — Problem. 272. sub initium, post illud, *Lateranensis Ecclesiæ*, dele usque ad,) *Nam Deus, qui*, exclusivè. — Problem. 277. sub initium, ibi, *divinatrix, ex natura solis, ut aiunt*, dele, *ex natura solis.* — Problem. 288. post illud, *aliquando censeretur*, dele usque ad, *An ne cogeretur*, exclusive. — Problem. 290. propè mediũ, post illud, *expressè legimus,*) dele usque ad, *Quod autem ministri*, exclusive. — Probl. 291. ad finem, post illud, *oblatione contenti*, dele usque ad finem problem. — Problem. 302. initio, post illud, *pascæ comminueretur?* dele usque ad, *An in figuram*, exclusive. — Problem. 309. & 310. tota expungantur usque ad finem. — Problem. 315. & 316. tota deleantur, usque ad finem.

Sectione 7.

Problem. 343. versus finem, post illud, *comedi prohibentur*, dele usque ad, *Vndè discere possumus*, exclusive. — Problem. 354. ad fin. post illud, *immundi spiritus*, dele usque ad, *& ab illis immundaretur*, exclusive. — Problem. 359. ibi, *mulier non De[illegible] sed viri*, dele, *non Dei, sed.* — Problem. 360. ad finem, post illud, *David in error[illegible]* dele usque ad, *ideo punitus*, exclusive. — [illegible] mox post illud, *& non David*, dele usque [illegible] finem problem. — Problem. 373. pro[illegible] medium, post illud, *ad multiplicandum vo[illegible] licet?* dele usque ad, *sine quo adiutorio*, exclusive. — Problem. 374. in medio, post illud, *tanquam dimidiũ sui*, dele usque ad, *An qu[illegible] coniunctio*, exclusive. — Et mox post illud, *homo non separet*, dele usque ad, *An, quia [illegible] cut*, exclusive. — Problem. 381. 382. [illegible] 383. tota deleantur usque ad finem. — Problem. 390. post illud, *coniunctionem [illegible] nificat*, dele usque ad, *& ideo in tota*, ex[illegible] sive. — Problem. 393. ad finem, post [illegible] *iniuriam uterque facit cælo*, dele usque ad, *dinemquè naturæ*, exclusive. — Problem. 408. ante medium, post illud, *mentibus [illegible] nis dispositis*, dele usque ad finem probl. — Problem. 409. initio, ibi, *Est ne periurus, & mendax*, dele, *periurus, &c.* — Problem. 417. ad finem post illud, *solum in triplo*, dele usque ad finem, problem. — Problem. 426. ad finem post illud, *& omnia munda sunt vobis*, dele usque ad finem problem. — Problem. 428. sub initium, post illud, *quamvis casu id fecissent*, dele usque ad finem problem. — Problem. 430. ad finem, ibi, *causatum non ab homine*, dele, *non*, & [illegible] ge, *& à diabolo*, ibi, *sed à diabolo*, & post illud, *occultè procuratum*, dele usque ad finem problem. — Problem. 442. versus finem, post illud, *nullatenus pertinet?* dele usque ad finem problem.

Sectione 8.

Problem. 443. initio, ibi, *ipsa arbor est lex*, scribe, *ipsa arbor allegoricè est lex.* — Problem. 445. sub initium, ibi, *Sed si arbor illa est lex*, rescribe, *Sed si arbor illa allegoricè est lex.* — Problem. 446. post illud, *[illegible] me tantummodo*, dele usque ad finem problem. — Problem. 447. sub initium, post illud, *beneficijs donati fuerant*, dele usque ad finem problem. — Problem. 450. dele [illegible] tum. — Problem. 459. post initium, ibi, *An igitur (ut ipsi*, scribe, *An etiam ut ipsi, &c.* — Problem. 460. sub initium, post illud, *ut Aristoteles scribit*, dele usque ad, *An quia repræsentant*, exclusive. — Problem. 465. in fine, ibi, *non debet excedere*, scribe, *non solet excedere*, & post vocem, *numerum*, dele usque ad fin. probl. — Probl. 466 dele totum

totum.—Probl. 479. à medio, ibi, *Quamvis mendosa editio habeat*, scribe, *Vulgata editio habet.* — Problem. 480. ibi, *habetur in veritate literæ r*, escribe, *Habetur Hebraïcè.* —Problem. 488. ad fin. post illud, *In dextera eius ignea lex*, dele usque ad fin. Probl.

Tomo 3. Sectione 1.

Problem. 1. ante medium, ibi, *Quia videbant visione, ut aiunt intuitiva*, dele, *visione ut aiunt intuitiva.*—Problem. 9. versus finem, post illud, *vocant speculum lucens*, dele usque ad, *Et ad hunc gradum*, exclusive.— probl. 12. sub initium, ibi, *An igitur oleum*, pro, *igitur*, scribe, *etiam.* — Problem. 18. ad finem, ibi, *An quia non semper Spiritus Sanctus*, pro, *sanctus*, lege, *Prophetiæ.* — Problem. 22. sub initium post, *Nec vituperemur*, dele usque ad, *An quia erant*, exclus. —Problem. 27. sub initium, post illud, *Non admittitur ab omnibus?* dele usque ad, *An divina dispositione*, exclus.

Sectione 2.

Problem. 31. in fine, ibi, *In solitaria sua natura*, dele, *solitaria.* — probl. 33. sub initium, ibi, *Penitus in solitaria sua natura*, dele, *solitaria.*—problem. 37. in medio, ibi, *Hic autem veritas litteræ non habet, super occasum, sed super*, dele omnia, & rescribe, *Hic autem Hebraïce habetur super*, &c. — problem. 40. totum expungatur. — problem. 84. post initium, ibi, *An (ut reor verius*, scribe, *An allegoricè*, &c. — Et inferius, ibi, *Quamvis communis traductio insulse habeat*, dele, *insulsè.* — Et ibi, *Accipi necesse censeo*, rescribe, *Accipi posse censeo.* — probl. 49. & 50. expungantur tota.—probl. 56. à medio, post illud, *Corporeo, sed gradibus*, dele usq; ad fin. probl.—probl. 57. in med. post illud, *Haurimus vitam à Deo*, dele usque ad finem probl.—problem. 59. ante med. ibi, *Quæ vinea idem est*, scribe, *Quæ vinea mysticè idem est*, &c. — problem. 60. initio, ibi, *Si totum collegium bonorum*; pro, *bonorum*, lege, *fidelium.* — problem. 61. ad finem, post illa verba, *In ipso vita erat*, dele usque ad finem problem.

Sectione 3.

Problem. 70. post medium, ibi, *Idest, iustos qui servant Dei imaginem*, pro, *imaginem*, scribe, *Similitudinem.*—Et ibi, *stante peccato*, scribe, *ratione peccati.* — problem. 74. sub initium, post illud, *Omnis vitæ idem sunt*, dele usque ad, *Ipsum potuit legisse*, exclus.—problem. 79. ad medium, ibi, *Pro quo mendosa traductio habet*, scribe, *pro quo ante mendose legebatur.* — problem. 81. à medio, ibi, *An quia invitus iudicat*, lege, *An quia quasi invitus*, &c.—Et ibi, *Tamen coactus irascitur*, dele, *coactus.* — problem. 88. ad finem, ibi, *Quam hæreditario iure*, scribe, *Quam Dei munere.* — problem. 93. ad finem, post illud, *Quarto vero nequaquam*, dele usque ad, *Quamvis si peccator*, exclus. — problem. 101. à medio, post illud, *Bonum, & malum?* dele usque ad, *Hinc iussit ibi ædificari*, exclus. — Pag. 103. ibi, *Rapaces, & dæmoniaca*, dele, *& dæmoniaca.* — Et ibi, *Malis, & dæmoniacis*, dele, *& dæmoniacis.* — Probl. 105. initio, post illud, *electione particulari?* dele usque ad, *An quia tenet*, exclus.—probl. 106. ad finem, post illud, *Amplexarentur à dextra*, dele usque ad finem problem.—problem. 113. ad med. post illud, *Sed generali*, dele usque ad, *Isti verò sunt Angeli*, exclus.—problem. 121. initio, post illud, *Quatuor cardinum*, dele usq; ad, *Hinc ipsemet laudat*, exclus.

Sectione 4.

Problem. 165. ad medium, post illud, *cuiuscumque religionis*, dele usque ad finem problem.— problem. 179. post medium, ibi, *ut habet veritas litteræ: non autem decem millibus*, scribe, *ut Hebraïcè habetur, vel decem millibus*, &c.

Sectione 5.

Problem. 184. ad medium, post illud, *reliquit me solum?* dele usque ad, *An derelictus fuit*, exclusive. — problem. 185. ad finem, ibi, *humanæ timiditati*, scribe, *naturali timori.* — problem. 187. ante medium, ibi, *Mendosa editio*, scribe, *Vulgata editio.* —Et ad finem, ibi, *non autem ipsa*, scribe, *vel ipsa.*—problem. 191. sub initium, post illud, *plagatus à Iudæis*, dele usque ad, *Loquitur enim vates*, exclusive. — Et pro, *enim*, scribe, *fortè.* — problem. 195. in fine, ibi, *nisi mortè propria vel Christi*, dele, *propria vel.* — problem. 199. initio, post illud, *An signo Thau?* dele usque ad, *cum Thau prolatum*, exclusive. — Et post illud,

& est dictio completa, dele usque ad, *Sensum enim Prophetæ*, excluſ. — probl. 200. ad medium, ibi, *Stigma enim non est vulnus*, addita vocula, lege, *Stigma enim non tantũ est vulnus.*

SECTIONE 6.

Problem. 233. versus finem post illud, *Volitante confotam*, dele usque ad finem problem. — problem. 233. totum deleatur usque ad finem. — problem. 244. initio, ibi, *Cur disponente Deo*, pro, *disponente*, scribe, *Permittente.* — probl. 245. ibi, *Obiecto ad malum impellitur*, pro, *impellitur*, scribe, *Allicitur.* — probl. 255. ibi, *à principio infusæ*, pro, *infusæ*, scribe, *immissæ*, vel, *suggestæ.* — problem. 261. totum deleatur. — Probl. 267. initio, post illud, *inebriabuntur sanctis?* dele usq; ad, *An de vino illo*, excl. — problem. 271. in medio, ibi, *An igitur (ut reor verius,)* scribe, *An etiam allegoricè.* — problem. 292. totum expungatur. — problema 299. totum deleatur.

SECTIONE 7.

Problem. 313. initio, post illud, *Hæres Dei?* dele usque ad, *An quia cùm Deus*, excluſ. — problem. 316. & 317. tota deleantur. — problem. 319. versus finem, ibi, *Solus Pater inhabitat*, dele, *solus.* — Et ad finem, ibi, *Ad quam terram intrat non tantum quem Deus elegit*, dele, *Non tantum*, & ibi, *Sed quicumque vult*, rescribe, *& qui mandata servat.* — Problem. 325. initio, post illud, *Laudantur ab Isaïa?* dele usque ad, *Felicem itaque sortem*, excluſ. — Probl. 326. sub initium, post illud, *& formans lucem*, dele usque ad, *Sed cur hæc mala*, excluſive. — Problem. 329. totum deleatur. — Problem. 341. sub initium, post illud, *In iudicio privato*, dele usque ad, *De Bozra & Edon.* excluſ. — Et ibi, *Aut quia amovebuntur*, dele, *aut*, & post illud, *Amovebuntur à custodia*, dele usque ad finem problem. — Problem. 363. post illud, *Regnabimus, & nos*, dele usque ad, *Nec enim aliud*, excluſ. — Probl. 364. ad fin. post illud, *Transmutatos in eundem*, dele usque ad fin. probl. — Problem. 368. post illud, *Per modum transeuntis*, dele usque ad fin. problem.

SECTIONE 8.

Problem. 371. ad medium, post illud, *Christum Crucifixum*, dele usque ad finem, problem. — Problem. 372. sub initium, ibi, *Verbum essentiale vel personale*, dele, *Essentiale vel.* — Problem. 391. initio, ibi, *Pro quo mendosa traductio*, pro, *mendosa*, rescribe, *Vulgata.* — Problem. 395. initio, ibi, *An quia immundus erat*, adde, & lege, *An quia ut cumque immundus erat.* — Problem. 399. à medio, post illud, *ab horum corruptis*, dele usque ad, *Hinc edocemur*, excluſ. — Probl. 415. ad finem, post illud, *eius culpa*, dele usque ad finem problem. — Problem. 421. sub initium, post illud, *nequeunt?* dele usque ad finem problem. — Problem. 431. à medio, post illud, *pane festi?* dele usque ad finem probl. — Probl. 435. in medio, ibi, *nec (ut opinor) videbit*, adde, & lege, *nec compreh. nsive videbit.*

SECTIONE 9.

Problem. 440. versus finem, post illud, *commutatus est*, dele usque ad, *Nam & constitutor*, excluſ. — Problem. 470. sub initium, post illud, *universam terram*, adde, *& mystice etiam, non aqua hac materiali*, &c. — Problem. 492. à medio, post illud, *Theologorum schola?* dele usque ad finem problem. — Problem. 463. 464. 465. tota deleantur.

TOMO 4. SECTIONE 1.

Problem. 9. ad finem, post illud, *in mysterio calorum*, dele usque ad finem problem. — Problem. 19. post illud, *supernaturali provisione*, dele usque ad finem problem. — Problem. 20. in fine, ibi, *per aquam, id est filium*, dele, *id est, filium.* — Problem. 24. initio, post illud, *Si lux? Nonne*, adde, *allegoricè.* — Problem. 26. sub initium, ibi, *Nonne arbor vitæ*, adde, & lege, *Nonne etiam mysticè arbor vitæ*, &c. — Et paulò inferius, ibi, *nam (ut alibi quoque diximus, ex merito*, rescribe, *nam (historiam, allegoricè mysterio que interpretantes) ex merito*, &c. — Problem. 31. à medio, post illud *tales, & tales*, dele usque ad finem problem. — Problem. 35. sub initium, post illud, *Messias nitus indignum?* dele usque ad, *An igitur tus est*, excluſ. — Et pro, *igitur*, scribe, *etiam*, & ad finem, post illud, *curam tantummodo*, dele usque ad finem problem.

SECTIONE 2.

Problem. 37. initio, post illud, *caro factum est*, dele usque ad, *An sensum illius sententiæ* excu-

excluſ.—Et poſt illud, *Fuit in carne?* dele uſque ad, *Sicut illud Geneſeos*, excluſ. — Item poſt illud, *Sed communicatum carni*, dele uſque ad finem problem.—Problem. 44. ad medium, poſt illud, *Aliquatenus innuant*, dele uſque ad, *An quia in ipſo*, excluſivè.— Problem. 52. totum expungatur.—Problem. 53. initio, ibi, *Natura humana (ut modò dictum eſt,)* dele, *(ut modò dictum eſt.)*—Problem. 55. initio, ibi, *Fuiſſe magis perſonam*, dele, *magis*. — Problem. 69. ſub initium, poſt illud, *Ignis denominatur*, dele uſque ad, *An Spiritus S. in eo quod dicet*, excluſ.—Et poſt illud, *De ſe ipſo, reſultans?* dele uſque ad, *Sic aqua ſapientiæ*, excluſ.—Problem. 74. in medio, poſt illud, *Auditus quoque fuit à cælo*, dele uſque ad, *Auditus fuit ab inferno*, excluſive. — Problem. 75. in fine, poſt illud, *Vt Apoſtolus ait*, dele uſque ad finem problē.—Problem. 78. initio, ibi, *(Vt recentiores Theologi docent,)* dele, *recentiores*.—Problem. 79. initio poſt illud, *Abundè diffuſus eſt?* dele uſq; ad, *an quia ſe ipſum inſeparabiliter*, excl. — Probl. 83. ante med. poſt illud, *Tantummodò iudicant*, dele uſque ad finem problem. —Problem. 85. ad medium, poſt illud, *Sed quomodo plenus eſt*; adde, *Per unionem hypoſtaticam*, & dele omnia ſequentia uſque ad finem problematis.

Sectione 3.

Problem. 93. ante medium, poſt illud, *antiquo ſerpente iniret*, dele uſque ad, *Quo ductus fuit*, excluſ. — Problem. 94. ſub initium, poſt illud, *ut pateretur*, dele uſque ad, *Sic in hoc congreſſu*, excluſ. — problem. 95. poſt initium, ibi, *Cæperit eſſe caput*, reſcribe, *Cæperit oſtendere ſe eſſe caput*, &c. — Problem. 98. initio, poſt illud, *Debellatus fuit?* dele uſque ad, *An (ut etiam ſupra diſſeruimus,)* excluſ. — Probl. 101. 102. 103. 104. tota deleantur. — Problem. 105. initio, ibi, *Non fecit hominem impeccabilem*, adde, & ſcribe, *Non fecit hominem natura impeccabilem*.—Et verſus finem, ibi, *Hinc, & Angeli (ſaltem à principio)* dele *ſaltem à principio*, Problem. 106. ſub initium, poſt illud, *Stare nequiret*, dele uſque ad, *An locatur in corpore ſibi*, excluſ. — Problem. 114. initio poſt illud, *Prænunciatus fuit?* dele uſque ad, *An quia eius*, excluſ.—Problem. 117. ſub initium, ibi, *(Vt aliquid dicunt) interpretatur*, dele uſque ad, *An ſicut ipſe naſcens*, excluſ. — Problem. 122. ſub initium ibi, *Quæ vera pœnitentia non conſiſtit*, dele, *non*. Et ad finem, ibi, *Quæ eſt attritio, & dolor*, dele, *attritio*, &c. — Problem. 123. verſus finem, poſt illud, *Reor dixiſſe Chriſtum*, dele uſque ad finem problematis. — Problem. 125. ſub initium, ibi, *(Vt alibi diximus) plantata eſt*, adde, ſcribe, *(Vt alibi diximus) myſticè plantata eſt*. — problem. 131. ſub initium, ibi, *Pœnitentiam enim agere, eſt removere affectum*, adde, & ſcribe, *Pœnitentiam enim agere, eſt etiam removere*. — problem. 133. ad finem, poſt illud, *Nox non eſt illic*, dele uſque ad finem problem.—problem. 135. à medio, poſt illud, *à ſancto in gloria*, dele uſque ad, *Quod quidem regnum*, excluſive.

Sectione 4.

Problem. 147. ante medium, poſt illud, *Et Spiritu Sancto*, dele uſque ad, *nonne, & ipſe videtur*, excluſ. — problem. 149. ſub initium, poſt illud, *voluit nos regenerare*, dele uſque ad finem problem.—problem. 152. ſub initium, poſt illud, *Et iterum*, dele uſque ad, *ſubinfertur*, excluſive.—probl. 167. initio, poſt illud. *Fecit Ieſus*, dele uſque ad, *An igitur id fecit*, excluſive, & pro, *igitur*, ſcribe, *etiam*. — problem. 170. initio, poſt illud, *& Spiritum Sanctum*, dele uſque ad, *eſt arbor vitæ vitam præbens*, excluſive.—problem. 185. ad finem, poſt illud, *& multa huiuſmodi*, dele uſque ad finem problem.—problema 194. totum expungatur.—problem. 200. ad finem, poſt illud, *quæ deprompſit*, dele uſque ad finem probl.—probl. 205. à medio, ibi, *Ex aqua quæ eſt ſapientia*, addita vocula, ſcribe, *ex aqua quæ myſticè eſt ſapientia*. — problem. 208. ad finem, ibi, *Vnio autem non fit ex vi cibi illius, ſed panis*, dele, *non*, & pro *ſed*, lege, *&c.* — problem. 210. propè medium, poſt illud, *æſtivo, & hiemali?* dele uſque ad finem problem. — problem. 216. ſub initium, ibi, *Illa converſio ſacramentalis?* dele, *ſacramentalis*.

Sectione 5.

Problem. 226. totum expungatur. — problem. 242. ad finem, poſt illud, *in gloriam ſuam*, dele uſque ad finem problem. — problem. 248. ſub initium, poſt illud, *& gloriam noſtram*, dele uſque ad, *An ſitiebat pugnans*, excluſ. — problem. 249. ad

medium, ibi, *Dirigendum recta linea in templum supra mundanum*, dele, *recta linea*, & post vocem, *Supra mundanum*, dele usque ad, *Quod templum videns*, exclus. — Problem. 352. totum expungatur. — Probl. 263. in medio, post illud, *Mose olim homicida*, dele usque ad, *Scriptum est*, exclus. — Et statim, ibi, *Non quippè disposuisset*, scribe, *non quippè permisisset*. — Probl. 264. sub initium, post illud, *Sibi vult Osanna?* dele usque ad, *I. Salva quæso*, exclus.

Sectione 6.

Problem. 279. à medio, ibi, *In aqua sapientiæ filialis, & Spiritu sancto*, dele, *sapientiæ filialis*. — Probl. 284. ad finem, post illud, *& meritis Christi*, dele usque ad, *Qui locus nunc*, exclus. — Probl. 285. sub initium, ibi, (*ut sane intelligentibus patet*,) *ibi innuitur*, scribe, *ibi mysticè innuitur*. — Et à medio, post illud *ignis probabit*, dele usq; ad, *De quo ut opinor*) *Isaias*, exclus. — Probl. 287. initio, post illud, *Non peribit?* dele usque ad, *An igitur* (*ut bene sentit*, exclus. Et pro, *igitur*, scribe, *etiam*. — Probl. 292. ante med. post illud, *Est corporis gloriosi*, dele usque ad, *Comedit autem piscem*, excl. — Et post illud, *Illum qui*, dele usque ad, *In convivio iustorum*, exclus. — Probl. 294. sub initium, post illud, *An descendit anima sola?* dele omnia usque ad fin. probl. — Problem. 299. totum deleatur. — Probl. 307. sub initium, ibi, *An quia est animal dæmoniacum*, pro, *dæmoniacum*, scribe, *typus diaboli*. — Probl. 310. ad fin. ibi, *Iis igitur qui nequeunt*, scribe, *Sed adultis qui nequeunt*, &c. — Et paulò superius, ibi, *Est tantummodo veræ aquæ signum*, dele, *tantummodo*. — Problem. 311. deleatur totum. — Probl. 316. ante med. post illud, *& infinita punientur*, dele usque ad, *An igitur punientur*, excl. — Probl. 320. sub initium, post illud, *Vt in Evãgelio dicitur?* dele usque ad fin. problem. — Problem. 321. initio post illud, *Inferni corporeus*, dele parenthesim, usque ad, *Torquebit animas?* exclus. — Et mox, post illud, *Theologi dicunt*, dele usque ad finem problem. — problem. 322. post illud, *Scotus opinatus est*, dele usque ad finem problematis. — problem. 324. initio, post illud, *Elementis compositum est*, dele usque ad, *Cruciantur autem*, exclusive. — problem. 326. sub initium, post illud, *Quid melius invenire possunt?* dele omnia usque ad finem problematis. — problem. 328. ante medium post illud, *In perpetuas æternitates*, dele usque ad finem problematis. — problem. 329. ad medium, post illud, *Schola credidit*, dele usque ad finem problematis. — problem. 330. sub initium, post illud, *à constitutione mundi præparatum*, dele usque ad finem problematis. — problem. 337. sub initium, post illud, *Et sic de reliquis*, dele omnia usque ad finem problem. — problem. 338. expungatur totum, similiter, & problema 339. totum deleatur. — problem. 341. totum expungatur. — problem. 343. versus finem, post illud, *Consentaneum*, dele usque ad finem problem. — problem. 349. totum expungatur. — problem. ante medium, post illud, *Mercurius mundi vocat*, dele usque ad finem problé. — problemata 354. 356. tota deleantur. — problem. 370. ad medium, post illud, *cæca quiruntur?* dele usque ad, *An ut nonnullis sapientes*, exclusive. — problem. 372. à medio, post illud, *magno mysterio attributo*, dele usque ad finem problem. — problem. 374. à medio, cui dictum est, *iubente Deo*, dele, *iubente Deo*.

Sectione 7.

Problem. 388. sub initium, post illud *determinatis in numero*, dele usque ad, *modo suo*, exclusive. — problem. 420. initio, post illud, *Habere possunt petant?* usque ad, *An quia nemo potest*, exclusive. — problem. 422. ad finem, post illud, *peccatoribus?* dele usque ad finem problem. — problem. 425. ante medium, post illud, *omnes minutiæ*, dele usque ad, *Cuius rei gratiam*, exclusive. — problem. 430. sub initium, post illud, *qui baptizantur?* dele usque ad, *An igitur aqua purgans*, exclusive, & pro, *igitur*, scribe, *etiam*.

Sectione 8.

Problem. 448. sub initium, post illud, *aiunt?* dele usque ad, *Hinc in matrimonio* exclusive. — problem. 465. sub initium, post illud, *Phantastica, ut aiunt*, dele usque ad finem problem. — problem. 466. sub initium, post illud, *Mulieribus infundant*, dele usque ad finem problem. — problem. 467. initio, post illud, *Cum oderint nos*, dele usque ad, *An quia huiusmodi spiritus*, exclusive. — problem. 469. sub initium, post illud, *à corpore per operationem?* dele usque ad fin. probl. — probl. 472. totum expun-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur.—problem.477.post illud, *utraque familia constat?* dele usque ad finem probl.

Sectione 9.

Problem. 479. sub initium, post illud, *aut vitam præbens*, dele usque ad, *Id etiam (& fortè melius)* exclus. — problem. 481. ad finem, post illud, *potissimè fulget*, dele usque ad finem problem.—Probl.486.initio, post illud, *gratiam apud Deum? Nonne quia*, dele usque ad, *ipsa verò mater Dei*, exclusive, & dele, *verò*.—problem.488.propè medium, *supplevit pro viro?* dele usque ad finem problem.—problem.498.totum expungatur.—problem.499.sub initium, post illud, *ut communiter asseritur?* dele omnia usque ad finem problem.

Tomo 5. Sectione 1.

Problem.1.versus finem, post illud, *Mihi benè complacui*, dele usque ad finem problem. — problem. 25. sub initium, ibi, *Terra fertilis, ut aliqui opinantur*, dele, *ut aliqui opinantur*. Et ibi, *An est (ut alibi*, scribe, *An etiam mysticè est (ut alibi.* — probl. 30.sub initium, post illud, *quoque gratiæ postulat*, dele usque ad, *Sed cur dicit*, exclusive.—probl.66.ante medium, ibi, *Quamvis mendosa traductio habeat Betel*, rescribe, *quamvis mendosè legatur Betel.* — problem.67.sub initium, post illud, *ut aliqui interpretantur*, dele usque ad, *An igitur per montes*, exclus.—problem. 69. totum expungatur.—problem.72.totum deleatur. —problem. 73. post initium, ibi, *Si vero de matre superna (ut reor*, scribe, *Si verò de matre superna (mysticè, ut reor*, exclusive. —problem.77.sub initium, post illud, *serpentinam, advocans*, dele usque ad, *immundas formas Hastoret*, exclusive. — probl. 79.ante medium, ibi, *Non est illa Hieronymi*, scribe, *non est in omnibus illa Hieronymi.* — problema 82. post initium, post illud, *non esset? Nonne*, dele usque ad, *edidit volumen illud*, exclusive. Et inferius, post verbum, *reportaverat*, dele usque ad finem problem.—problem.89.à medio, post illud, *in quod intrant*, dele usque ad, *Quemadmodum fecit*, exclusive.—problem.92.in fine, post illud, *spatium pœnitendi*, dele usque ad finem problem. — probl. 122. ad finem, ibi: *Pro quo mendosa traductio*, pro, *mendosa*, scribe, *vulgata.* — problem. 125. in medio, ibi, *Viscera divinæ pietatis*, dele, *divinæ*, & post vocem, *pietatis*, dele usque ad, *Eodem enim vocabulo*, exclus. — problem.133. sub initium, post illud, *ducere satagunt*, dele usque ad, *Propterea sic voventes*, exclus. — Et post illud, *de novo ligati*, dele usque ad *Quæ vota si quis*, exclusive. — probl. 136. ante medium, post illud, *cum rex transit in affectum*, dele usque ad finem problem. — problem.137.sub initium, post illud *ut Catholici tenent*, dele usque ad finem problematis.

Sectione 2.

Problem.141.in medio, ibi, *Et sensa percipi nequeunt*, rescribe, *& sensa omnia non exprimuntur à Latinis*, &c. — probl. 143. totum expungatur.—problem.145. à medio, post illud, *criminati fuerant*, dele usque ad, *An maledicunt maledicenda*, exclusive. — problem. 146. sub initium, post illud, *Quales ipse patiebatur?* dele usque ad, *An quia putabat meliorem*, exclusive. — probl. 155.sub initium, post illud, *ut in textu dicitur*, dele usque ad finem problem.—problem.156.sub initium, post illud, *Allegat? Vnde*, dele usque ad, *suscipit ac parcit*, exclusive.—problem. 170. totum expungatur. —problem.172.ad finem, post illud, *Aliquin non potuisset*, dele usque ad, *Nec Christus cum multis*, exclusive. — Et post verbum, *potuisset*, adde, *illuc intrare.* — probl. 189.versus finem, post illud, *Concordes efficit*, dele usque ad finem problem. — problem.190.ante medium, post illud, *Reperit pravitatem*, dele usque ad, *in veritate litteræ habetur*, exclusive.—problem. 203. versus finem, post illud, *Deum videbunt*, dele usque ad finem problem.—problem.206. sub initium, ibi, *Vt nonnulli satis insulsè dicunt*, dele, *satis insulsè.* — problem.208. initio, ibi, *Vt aliqui inepte exponunt*, dele, *inepte.*—problem.209.ante medium, post illud, *ad libidinem succendat*, dele usque ad, *An igitur (ut verum puto)* exclusive. Et pro, *igitur*, scribe, *etiam mysticè.* — problem. 210.sub initium, post illud, *hunc interpretatur*, dele usque ad, *Quos enim*, exclusive.— problem. 211. sub initium, ibi, *Sed nonne litteræ veritas*, scribe, *Sed nonne etiam litteræ veritas.* — problem. 212. sub initium, ibi, *Sed ut (ad veritatem ipsam*, scribe, *Sed (ut ad allegoriam ipsam.* Et ante medium, post illud, *dicunt æternam*, dele usque ad. *Sed post judicium quid erit*, exclusive. — problem.214.initio, ibi, *Ad diabolum contor-*

quent,pro,*contorquent*, ſcribe, *referunt*. Et poſt illud, *cum cælo & terra*,dele uſque ad, *An igitur intelligendum*. Et pro,*igitur*, ſcribe,*etiam*. — problem. 218. initio, poſt illud,*valde calidum*,dele omnia uſque ad finem problematis.—problem. 219. initio, poſt illud, *huiuſmodi umbra*?dele uſque ad, *An igitur per ſalices*, excluſive. Et pro,*igitur*,ſcribe,*etiam*.—problem. 220. ſub initium,ibi,*ut aliqui ſatis ineptè dicunt* ? dele, *ſatis ineptè*. Et ibi (*ut alij magis ridiculosè*) dele, *magis ridiculosè*. — problem. 222. initio, poſt illud,*elephantis captura*,dele uſque ad, *An igitur iuxta*, excluſive. Et pro, *igitur*,ſcribe,*etiam*. — problem. 224. initio, poſt illud, *diabolus deſignatur*?dele uſque ad, *An igitur per Leviatan*, excluſive. Et pro, *igitur*,ſcribe, *etiam*.— problem. 232.initio,ibi, (*ut quidam ſomniant*) lege, *ut quidam aiunt*) & poſt illud, *de ceto piſce*, dele uſque ad, *An igitur* (*ut interpretationem noſtram*)excluſive.—Et pro,*igitur*,ſcribe,*etiam*.—problem. 233. initio, ibi, (*ut nonnulli garriunt*, (ſcribe , (*ut nonnulli docent*. — Et poſt illud , *intelligi poſſunt*,dele uſque ad,*An igitur id intelligitur*,excluſive.Et pro , *igitur* , ſcribe,*etiam*. — problem. 235. initio , poſt illud , *de diabolo eſt ſermo*? dele uſque ad , *An igitur cum*,excluſive,& pro,*igitur*,repone , *etiam*. — problem. 237.àmedio,poſt illud,*Quando videlicet homines*,dele uſque ad.*deſtituti à felicitate* , excluſive. — problem. 239. initio , poſt illud , *hunc locum de ceto* , dele uſque ad , *quod cetus cominus*,excluſive.— Et poſt illud , *experientia docet* , dele uſque ad , *An igitur de vitæ fonte*,excluſive,& pro, *igitur*,ſcribe,*etiam*.—problem. 242. 244. 245.247.& 248.tota deleantur.

Sectione 3.

Problem. 259. 260. 262. & 264. tota deleantur.—problem. 283. à medio , ibi, *Se transformandi* , ſcribe , *ſe per affectum transformandi*. — problem. 285. ſub initium,poſt illud , *alius non datur*?dele uſque ad finem problem.—problem.286. à medio,poſt illud,*& perficiatur* , dele uſque ad finem problem. — problem. 292. in medio,poſt illud , *ſuperiores veniunt* , dele uſque ad, *Hi autem duodecim* , excluſive. — problem.295.ſub initium , poſt illud , *Angelorum choro*,dele uſque ad,*Vnde ſicut ſunt*, excluſive.

Sectione 4.

Problem.297.ſub initium , dele , (*neſcio quo ſpiritu*)—problem. 331. totum deleatur. — problem. 341. verſus finem , ibi, *Eſt vis quædam cogens* , pro , *cogens* , ſcribe *inclinans*.—problem. 344. ad finem , poſt illud , *reſidet imago Dei* , dele uſque ad *concinnum* , excluſive. — problem. 361. totum deleatur. — problem. 364. verſus finem , poſt illud , *Corpore corruptibili* , dele uſque ad finem problematis.— problem. 367. totum deleatur. — problem. 368. initio , poſt illud, *Et cur ſo* ? dele uſque ad , *Sed cur fœmina* , excluſive. — problem. 393. & 394. tota deleantur.

Sectione 5.

Problem.408.in finem , ibi, *Nihil boni poteſt operari* , ſcribe,*nihil boni meritory poteſt* , &c. — problem. 418. ſub initium, ibi , *Quæ ſuapte natura mala eſt*, pro , *mala*, ſcribe , *imperfecta*. — problem.443. ibi *Quia dæmoniaca & cum* , dele, *dæmoniaca* , &c. — problem.464.in fine,ibi,*Ex aqua quæ eſt Filius Dei* , dele , *quæ eſt Filius Dei*. —problem.477.in medio,ibi,*Vt Theologi recentiores aſſerunt*,dele,*recentiores*,& poſt *aſſerunt* , dele omnia uſque ad finem problematis.

Tomo 6. Sectione 1.

Problem.2.ſub initium, ibi, *Vt neoterici Theologi dicere*,dele,*neoterici*.Et poſt illud *dicere ſolent* ? dele uſque ad, *An igitur* excluſive,& pro , *igitur* , ſcribe,*etiam*.— problem. 6. totum expungatur.—problem. 21. totum deleatur.— problem. 23.totum expungatur : ut etiam problem. 38. totum deleatur. — problem. 41. ante medium,poſt illud,*non declaratur*,dele uſque ad , *Nec deſunt*,excluſive.—problem. 42. in medio,ibi,*A leonibus* (*ut nonnulli dicunt*)*devorabantur*,dele,*ut nonnulli dicunt*

Sectione 2.

Problem.49. verſus finem,poſt illud, *non creat* , dele uſque ad , *non creat ſpiritum aliquam*,excluſ.—Et poſt illud, *parvulos res animas*,dele uſque ad finem probl.— probl. 55. ante medium , poſt illud, *oportet in die*? dele uſque ad finem problem.

Sectio-

Sectione 3.

Problem. 76. ante medium, post illud, *conservare potest?* dele usq; ad finem probl. —Problem. 77. initio, post illud, *ab intellectu nostro capi?* dele usque ad, *An quia intellectus*, exclusive. —Problem. 79. initio, ibi, *cur virtus intellectiva*, scribe, *cur actus intelligendi.*—Problem. 87. sub initium, post illud, *omnium idiomatum fuit?* dele usque ad, *Nec existimo*, & post, *existimo*, dele usque ad, *quod non addiscens*, exclusive. — Probl. 94. versus fin. post illud, *Nonne videntur digniores?* dele usque ad fin. probl. —Probl. 101. totum expungatur. — Probl. 105. ad medium, ibi, *Nulla mentione* (*ut in veritate litteræ habetur*) *facta*, scribe, *nulla mentione Hebraicè facta.* — Problem. 106. ante medium, ibi, *Producta atque posita fuere*, dele, *producta atque.* — Et paulò inferius, ibi, *postea fuerunt*, pro, *postea*, scribe, *&.* — Problem. 107. à medio, ibi, *Nec charitas erga se ipsum lege præcipitur*, scribe, *nec charitas erga se ipsum, lege tantum præcipitur.*— Problem. 109. à med. post illud, *Calcaribus perurgentur?* dele usque ad finem problem.

Sectione 4.

Problem. 113. initio, post illud, *Quam veritate?* dele usque ad, *An quia* (*ut Anselmus*, exclusive. —Et mox, ibi, *Quod mente caret, percipi*, scribe, *quod mente parum valet, percipi.* — Problem. 117. à medio, post illud, *Agentem, & passibilem*, dele usque ad finem problem. — Problem. 118. totum expungatur. — Problem. 121. initio, post illud, *Semper machinentur?* dele usque ad, *legem non dedit*, exclus. —Et post vocem, *legem*, adde, *Deus.* — Probl. 132. ante medium, post illud, *Possunt scire multa*, dele usque ad, *Et hæc immundi*, exclusive. — Problem. 133. post initium, post illud, *& multis alijs in locis*, dele usque ad finem problem. —Problem. 134. totum expungatur. — Problem. 157. versus finem, post illud, *cadaveris vergit?* dele usque ad finem problem. —Problem. 158. post initium, post illud, *Cadaveribus oblectantur*, dele usque ad, *An quia quærunt*, exclus.

Sectione 5.

Problemata 166. 167. 168. tota deleantur. —Problem. 169. sub initium, ibi, *Ipsimet præbent corpus suum visibile*, scribe, *ipsimet præbent corpus assumptum visibile.* — Problem. 176. & 177. integra deleantur. —Problem. 184. initio, post illud, *comitatum Tobiæ?* dele usque ad, *huius quoque rationem*, exclusive. — Problem. 189. initio, post illud, *mortalium casum?* dele usque ad, *An quia tanta*, exclusive. —Problem. 190. sub initium, post illud, *venenis infundendis?* dele usque ad finem problem. —Problem. 191. à medio, post illud, *quod nobilius est?* dele usque ad finem problem. —Problem. 192. totum expungatur. — Probl. 195. initio, ibi, *Nonne quia natura perversus*, dele, *natura.*—Problem. 196. versus finem, *& in cubilibus suis collocabuntur*, dele usque ad finem problem. —Problem. 197. à medio, post illud, *Læsæ Maiestatis?* dele usque ad finem problem. —Problem. 201. & 202. tota deleantur. —Problem. 203. propè medium, post illud, *suscipientes semen virorum?* dele usque ad finem problem.

Sectione 6.

Problem. 206. ad finem, post illud, *calidas in deserto*, dele usque ad finem problē. — Problem. 211. ad medium, post illud, *dicuntur immūda*, dele usque ad finem problematis. — Problem. 225. ad finem, post illud, *vel cadavera comedit*, dele usque ad finem problematis. — Problem. 232. ad medium, ibi, *Et animalia dæmoniaca*, pro, *dæmoniaca*, lege, *quædam.* — Problem. 233. ad medium, ibi, *Rapax dæmoniacum sit*, scribe, *rapax, dæmonis typus sit.* — Problem. 234. ad finem, ibi, *Est animal dæmoniacum*, scribe, *est animal gerens typum diaboli.*—Probl. 237. ad finem, ibi, *Quomodo sit imago*, scribe, *quomodo effulgeat, imago Dei.*

Sectione 7.

Problem. 253. à medio, ibi, *Fugato Deo*, scribe, *Derelicto Deo.* — Problem. 256. in medio, post illud, *Spiritus videlicet malos*, dele usque ad finem problematis. — Problema 259. sub initium, post illud, *An fortè*, dele usque ad, *ignis corporis pœnas*, exclusive. — Et mox, post illud, *Carcere detineatur*, dele usque ad, *An quia sicut cælum*, exclusive. —Problem. 298. propè finem, post illud, *tempore nequaquam*, dele usque ad finem problem. —Problem. 271. ad finem,

post

post illud, *vel furto subtracta?* dele usque ad, *An quia in terram*, exclus.

Sectione 8.

Problem. 308. initio, ibi, *nobis promisit, operari possumus?* pro, *operari possumus*, scribe, *operemur*. — problem. 313. totum expungatur. — problem. 317. ad finem, post illud, *ingenij sunt, quàm alij*, dele usque ad finem problem.

Sectione 9.

Pagina 348. in Epistola Dedicatoria, quæ incipit, *Non dubium est*, dele omnes titulos dedicationis, & honoris.—pagina 349. ad finem, post illa verba, *Metu Tyrannorum*, dele quatuor sequentes lineas, usque ad finem paginæ. — pagina 350. ad finem, post illa verba, *Dissensiones sunt*, dele duas lineas, usque ad finem paginæ, & tres lineas paginæ sequentis, 351. usque ad illa verba, *Simus memores.* —pagina 352. post quartam lineam, & illa verba, *A Deo avulserunt*, dele quatuordecim sequentes lineas, usque ad §. *Toto pectore.* — Et in eadem pagin. ad finem, dele tres ultimas lineas, & expunge subscriptionem, & nomen, *Philippi Melanthonis*, similiterque in sequent. pagin. 353. in subscriptione Epigrammatis, *De Monarchijs*, dele nomen, *Philippi Melanthonis.* — Sub §. *Hæc ingentia Dei*, 5. lin. ante finem, post illa verba, *Præcipuè conducant*, dele duas lineas sequentes, usque ad illa verba, *Doctrinam omnibus*, exclusivè. — pagina 371. post illa verba, *Et illustraverunt*, dele §. sequentem, qui incipit, *Sed hi, qui contendunt*, usque ad §. *Sed de sanguine*, &c. — Dele item, & notationem marginalem, quæ incipit, *Obiectio Pontificiorum*, &c. — Pagina 381. sub Titulo, *De Ecclesia eius temporis*, sub §. *Simul autem*, post illa verba, *Postes Ecclesia habuit*, dele duas sequentes lineas, usque ad illa verba, *Etiam multi fanatici.* — pagina 382. §. *Harum quatuor sectarum*, post illa verba, *Hæserunt in Ecclesia*, dele tres lineas, usque ad illa verba, *Alij impostores*, exclusive. Dele item notam marginalem, *Communis error*, &c. — Pagina 395. sub Titulo, *Marcus Antonius Philosophus*, §. *Vt autem, & species*, post illa verba, *Prohibuit coniugium*, dele tres lineas, usque ad finem §. — Et in §. sequenti, qui incipit, *Talia fuerunt*, post illa verba, *Fuit Ioannis*, dele duas lineas, usque ad finem §. dele item notam marginalem, quæ incipit, *Irenæi consensus*, &c. — pagina 397. sub Titulo, *Commodus*, §. *Cæterum ipsa*, post illa verba, *Fiduciam Dei*, &c. dele octo lineas, usque ad finem §. & illa verba, *Hæc de libris*, &c. exclusivè. — Pagina 415. sub Titulo, *Valerianus*, §. *Cheremon Episcopus*, linea tertia paginæ, dele illud verbum, *Et coniux.* — Et linea quinta, dele iterum verbum, *Et coniux.*—Pagina 442. post lineam nonam ab initio, dele titulũ, qui incipit, *Hanc Constantinus*, dele item & totam sequẽtem paginam, cum tribus integris sequentibus, usque ad paginam 446. & Titulum, *De Nicena Synodo*, & simul delendę omnes notæ marginales harum paginarum. — pagina 448. sub eo titulo, *Nicena Synodo*, post duas lineas, ab initio paginæ, dele totum paragraphum, *Nec rectè sentiunt*, primamque lineam sequentis §. usque ad illa verba, *& singuli Principes*, exclusivè. — Dele item notam marginalem, *Officium Magistratus*, &c. —pagina 449. ad medium, post illa verba, *Articulis Fidei*, dele duos paragraphos sequentes, usque ad paragraphum, *Decreta etiam*, exclusivè. — Dele item notam marginalem, quæ incipit, *Paphnutius*, &c. — pagina 462. sub Titulo, *Tertium decretum*, post illa verba, *Morbo extinctus est*, dele totum §. qui incipit, *Breviter autem*, usque ad §. *Ac iustè reprehenditur.* — Dele item notam marginalem, *Synodorum errata.* — pagina 463. sub §. *Narratur occasio*, post illa verba, *Stupri consuetudo*, dele quatuor sequentes lineas, usque ad finem §. & illa verba, *Anno mundi*, &c. exclusivè. — pagina 468. sub Titulo, *Iulianus Apostata* §. *Refutarunt has*, post illa verba, *Nazianzenus, & Cyrillus*, dele duas lineas, usque ad illa verba, *Responsio vera*, exclusivè. —Pagina 483. §. *Post Damasum*, dele totum paragraphum simul cum sequenti, qũi incipit, *Post Ciricium*, usque ad illa verba, *Anno mundi*, exclusivè, in pagin. 884. — pagina 497. sub Titulo, *De Ecclesia*, §. *Mortuus est*, post illa verba, *Vir eloquens fuit*, dele tres lineas, usque ad finem §. & illa verba, *Tempore Theodosij*, exclusivè. — Pagina 498. post medium, & post illa verba, *A viro sancto*, dele duas lineas, usque ad fi-

nem paragraphi, & illa verba, *Hæc collatio.* — Pagina 499. prima linea, ab initio, post illa verba, *Donationem Spiritus Sancti*, dele quinque lineas, usque ad finem paragraphi, & illa verba, *Sunt autem.* — Pagina 542. sub Titulo, *De Ecclesia*, linea ultima paginæ, dele illud verbum, *Et Monachi.* — Pagina 567. sub Titulo, *Phocas*, post illa verba, *Abominationes eradicabitur*, dele §. sequentem, qui constat quatuordecim lineis, usque ad illa verba, *Anno mundi*, exclusivè. — Dele item notam marginalem, *Phocam Episcopum*, &c. — Pagina 576. sub §. *Quod verò summa*, post illa verba, *Invocantem nomen meum*, dele quinque lineas, usque ad finem paragraphi. — Et in §. sequenti, qui incipit, *Forma etiam*, post illa verba, *Eius beneficijs*, dele tres lineas, usque ad finem paragraphi, & illa verba, *Intueamur etiam*, exclusivè. — Pagina 589. sub Titulo, *Constantinus*, post illa verba, *Et alijs deducit*, dele §. qui incipit, *Fabula vero*, usque ad illa verba, *Cum discessisset*, exclusivè. — Dele item notam marginalem, *Refutatio*, &c. — Pagina 591. sub Titulo, & §. *Irene*, post illa verba, *& imagines restitui*, dele duas lineas, usque ad finem §. — Pagina 593. sub titulo, *Ecclesiastica eius temporis*, §. *Imperatorum Mauricij*, &c. post illa verba, *Negotia multa egit*, dele quatuor lineas usque ad finem §. — Dele item notam marginalem, *Gregorius Magnus*, &c. — Pagina 594. sub §. *Tempore Irenis*, post illa verba, *Non addo disputationem*, dele duas lineas, usque ad finem §. & illa verba, *Fuit Pipini temporibus*, exclusivè.

Ex Tomo Secvndo.

Cui Titulus, *Tertia Pars Chronici Carionis, à Caspare Peucero expositi, & aucti.* Francofurt. Ad Mænum. 1604.

In ipsa prima libri facie affige *Caspari Peucero* notam Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permissi. — Pagina 569. dele integram Epistolam Dedicatoriam Caspari Peuceri, quæ terminatur pagin. 603.

Pagina 604. ubi incipit, *Tertia pars Chronici, & liber quartus Chronicorum*, lin. 5. pagin. dele nomen, *Philippi Melanchthonis.* — Et pagin. 613. tertia linea ante finem, dele etiam nomen, *Philippi Melanchthonis.* — Pagina 646. §. *De Principatu*, linea ultima paginæ, dele *potentiæ amplificandæ causa.* — Pagina 649. sub Titulo, *Carolus Magnus*, linea septima, ab initio pagin. dele, *Pontificum.* — Pagina 650. post medium post illa verba, *Iustè acta sunt*, dele §. quentem, qui incipit, *Quod autem ni.* Et ex §. sequenti, qui incipit, *Deus*, in 2. ante finem post illa verba, *bi Bizanthinorum*, dele duas lineas ad finem pagin. & ex pagin. sequenti dele tres lineas, usque ad illa verba, *consulatus.* — In eadem pagin. *Avus Caroli*, decima tertia linea nem, dele usque ad, *Thoma & Scrinthos.* — Pagina 652. §. *Bella cenda sunt*, 11. lin. ante finem, dele bum, *Et fiducia.* — Pagina 666. §. *Tobat imperium*, 15. lin. ab initio, post illa verba, *Carolo concesserunt*, dele octo lin. usque ad finem §. & illa verba, *Post autem Carolus*, exclusivè. — Pagina 669. §. lin. ab initio, dele totum §. qui incipit *Mutationi autem*, usque ad 8. lin. pag. 670. & titulum, *Ludovicus Pius*, exclusivè. — In eadem pagin. 670. sub Titulo *Ludovicus Pius*, 3. lin. ab initio §. post la verba, *Suscepit Aquisgrani*, dele tres neas, usque ad illa verba, *Patrinaque pientia*, exclusivè. — Pagina 672. sub *Eodem anno*, 12. lin. ab initio pagin. post illa verba, *Dertonam in Italiam*, dele 3. lin. usque ad illa verba, *Huius tam pie, clar* exclusivè. — Pagina 675. ad medium, *Talibus nepotum*, post illa verba, *Nationem Saxonum*, dele duas lineas usque ad finem §. & ex §. sequent. qui incipit, *Lotharus*, dele illa verba, *Incitantibus Pontificibus.* — Dele item notam marginalem, *Lotharius Romam*, &c. — Pagina 682. sub Titulo, *Carolus Iunior*, tertia linea ante finem pagin. dele illa verba, *Et Pontificum Romanorum audaciam, & impotentiam.* — Pagina 696. linea secunda ab initio, dele totum paragraphum, qui incipit, *Sed adgata*, usque ad §. *Et obligantur*, exclusivè. — Pagina 697. ad medium dele §. qui incipit, *Sed multum*, usque ad §. *Politicidia*, exclusivè. — Pagina 698. §. *Primus gradus*, post illa verba, *Emendatum peti vult*, dele quatuor lineas, usque ad illa verba, *Convicti his iudicijs*, exclusivè. — Et inferiùs, sub §. *Alia ratio*, 7. lin. ante finem §. post illa verba, *Propter confessionem*,

tiam, dele 7. lin. usque ad finem pagin. — Et ex pagin. 699. dele alias novem lineas, usque ad illa verba, *Discernit & vetus*, exclusivè. — Pagina 700. §. *Sed cum primo*, expunge verbum illud, *Nugaciſsimæ*. Et inferiùs 3. lin. ante finem pagin. dele §. qui incipit, *Ex his Eccleſiarum*, dele item & ſeptem paginas ſequentes, usque ad pagin. 706. ad medium, & illum titulum, *Imperatores Orientis*, exclusivè. — Pagina 714. ſub titulo, *Theophilus Baldi filius*, poſt illa verba, *Honeſtus*, *& caſtus fuit*, dele duas lineas, usque ad illa verba, *Vrbem munivi*, exclusivè. — Pagina 715. ſub titulo, *Michaël Theophili* §. *Theophilo mortuo*, poſt illa verba, *Imperium adminiſtravit*, dele 3. lineas, usque ad illa verba, *Cum vulgaris*, exclusivè. — Pagina 718. ſub titulo, *Leo Philoſophus*, §. *Bulgaros violata pace*, 17. lin. ante finem pagin. dele verbum illud, *Vel ſuperſtitione*. — Pagina 729. ſub titulo, *Henricus anceps*, §. *Tota autem hæc*, 3. lin. poſt initium pagin. poſt illa verba, *Pietatem erga parentes*, dele reliquum pagin. — Et ex pagin. ſequenti 730. dele duodecim lineas, usque ad §. *Totum modis*. — Pagina 745. ſub titulo, *Otto Primus*, lin. 5. poſt initium, poſt illa verba, *Conſenſu Imperatoris*, dele reliquum pagin. — Et ex pagin. 746. dele usque ad §. *Miſſi ſunt ergo*, exclusivè. — Pagina 748. dele notam marginalem, *Cura Eccleſiarum*, &c. — Pagina 757. ſub titulo, *Otto Tertius*, 5. lin. ab initio pagin. poſt illa verba, *Monarchia diderat*, dele usque ad §. *Præterea intelligebat*, exclusivè. — Pagina 758. ſub §. *Hæ exiſtimo*, poſt illa verba, *Chriſtiani deſignarint*, dele usque ad ultimam lineam pagin. & illa verba, *Confertur autem*, *&c.* exclusivè. — Pagina 759. ſub §. *Ad hanc tamen*, nona linea ab initio pagin. poſt illa verba, *Voluiſſe facere*, dele usque ad ultimam lineam paginæ, & illa verba §. qui incipit, *Deinde non modo*, exclusivè. — Pagina 760. poſt medium, & poſt illa verba, *Nam Fide ſtatis*, duodecima lin. ante finem, dele reliquum pagin. — Dele item & quatuor ſequentes paginas, usque ad finem pagin. 764. & illa verba §. qui incipit, *Et vt vero*, exclusivè. — Pagina 766. 6. lin. ante finem pagin. poſt illa verba, *In bella civilia erupit*, dele 2. lin. usque ad finem §. & illa verba, *His familijs*, exclusivè. — Pagina 767. nona linea ab initio, poſt illa verba, *Authoritatem adiunxit*, dele 2. lin. usque ad illa verba, *Excitata eſt*, exclusivè. — Pagina 768. 4. lin. ab initio pagin. dele illa verba, *Pontificum artibus*. — Et inferiùs, poſt medium pagin. 14. lin. ante finem, poſt illa verba, *Ab ijſdem facta eſt*, dele 4. lin. usque ad illa verba, *Afflicta imperij*, exclusivè. — Et ex §. ſequenti, qui incipit, *Habuerunt bella*, dele, *& auxerint Pontificum Tyrannidem*. — Pagina 769. §. *Cum vero*, lin. 9. ab initio, dele illa verba, *& Pontificum inſtinctu*. Et inferiùs, paragrapho, *Has mutationes*, dele, *Recens perpeſſæ à Pontificibus iniuriæ*, & poſt quatuor lineas, dele, *Tot modis à Pontificibus impugnatæ*. — Pagina 770. poſt 8. lineam ab initio, dele 8. lin. §. ſequentis, ab illis verbis, *Deinde propter*, usque ad illa verba, *Conſtitutum fuiſſe*, exclusivè. — Pagina 772. ad medium, poſt illa verba, *Non eſt dubium*, dele integrum §. qui incipit, *Sive ergo*, usque ad illa verba §. ſequentis, *Et ſi ergo*, exclusivè. — Pagina 776. ſub titulo, *Henricus*, *cognomento ſanctus*, 6. linea ab initio, pagin. dele, *Diſtribueret otioſis ſacrificulis*. — Pagina 780. ſub titulo, *Imperatores Orientis*. §. *Et ſi enim*, poſt illa verba, *Germaniam*, *& Galliam*, dele quatuor lineas, usque ad, *Sed interea tamen*, exclusivè. — Pagina 794. ſub titulo, *Alexius Comnenus*, poſt medium pagin. & poſt illa verba, *Maximino*, *& alijs*, dele usque ad finem pagin. & 6. lin. pagin. ſequentis 795. & illum titulum, *De occupata*, &c. — Pagina 801. ſub titulo, *Conradus ſecundus*, §. *Transfertur*, lin. 1. pagin. poſt illa verba, *Civilia accenſa ſunt*, dele ſeptem lineas, usque ad finem §. — Et ex §. ſequenti, qui incipit, *Sint etiam*, 5. lin. ante finem paginæ, poſt illa verba, *Diſſenſionibus emerſit*, dele duas lineas, usque ad illa verba, *Vel propter ſeditiones*, exclusivè. — Pagina 806. §. *Fuit autem vir*, 8. lin. ante finem pagin. dele, *Quanquam iam multiplici ſuperſtitione obrutas*. — Pagina 809. ſub titulo, *Henricus Tertius*, dele duos paragraphos, qui incipiunt, *His bellis*, *& eodem tempore*, usque ad illa verba, *A Clemente renuntiatus*. — Dele item & notam marginalem, *Pontifex*, &c. exclusivè. — Pagina 810. §. *Nondum reverſo*, poſt illa verba, *Alter Damaſus*, dele 14. lin. usque ad finem §. & illa verba, *Poſt reditum*, exclusivè. — Dele item notam marginalem, *Pontifices*, &c. — Pagina 811. linea 6. ab initio pagin. dele,

Pontificum Tyrannidem extulerint. — Et inferius, §. *Anno mundi*, post illa verba, *Hostibus formidabilis*, dele duas lineas, usque ad illa verba, *Conditus Spiræ*, exclusivè. — Pagina 812. sub titulo, *Henricus Quartus*, §. *Annus inijt*, 9. lin. ante finem, dele reliquum pagin. — Dele item, & novem sequentes paginas, usque ad dimidium pagin. 822. simul cum notis marginalibus, usque ad §. *Væ terræ*, *&c.* exclusivè. — Pagina 824. ad medium §. *Sed sedari*, post illa verba, *Accessissent alia maiora*, dele usque ad finem pagin. — Pagina 825. ab initio pagin. dele §. qui incipit, *Prætexuit Pontifex*, usque ad §. *Sed redeo ad Henricum*, exclusivè. — Pagina 827. ad medium, post illa verba, *Societatem concitavit*, dele reliquum paginæ. — Dele item totam paginam 828. & usque ad dimidium pagin. 829. & illa verba §. qui incipit, *Rhenani contra*, exclusivè. — In eadem pagin. 829. nona linea ante finem, post illa verba, *Allata esset*, dele usque ad finem §. — Pagina 830. ad medium, §. *Sed qui successerunt*, post illa verba, *Evulsi urbe, & exules*, dele 5. lin. usque ad finem §. & illa verba, *Absente Imperatore.* — Pagina 831. 2. lin. ab initio, dele §. qui incipit, *Tot adversis prælijs*, usque ad illa verba §. sequentis, *Anno Christi, &c.* exclusivè. — Pagina 832. linea 3. ab initio, post illa verba, *Gladio peribit*, dele tres lineas, usque ad illa verba, *Plurimi enim*, exclusivè. — Pagina 833. post medium, dele, *ijsdem artibus Pontificum eversus.* — Et post 9. lin. & illa verba, *Fluxere sanguine*, dele usque ad illa verba, *Hoc felicior hostibus*, exclusivè. — Pagina 834. post 9. lin. ab initio, & illa verba, *Totos annos quinque*, dele usque ad finem §. & illa verba §. sequentis, *Vxor Henrici*, exclusivè. — Dele item notam marginalem, *Tyrannis Pontificum.* — Pagina 835. post medium, & post illa verba, *De qua paulò post*, dele usque ad finem pagin. Et ex pagin. 836. dele 6. primas lineas, usque ad titulum, *Henricus Quintus.* — Eadem pagin. 836. sub titulo, *Henricus Quintus*, dele §. qui incipit, *Henricus filius*, usque ad ultimam lineam pagin. quæ incipit, *Solus rerum*, exclusivè. — Pagina 837. ante medium, post illa verba, *Cum Polonis transegit*, dele §. sequentem, qui incipit, *Hinc Romam.* — Et inferiùs, dele 5. primas lineas §. qui incipit, *Sed vix erat*, usque ad illa verba, *Qui iam ante extincto*, exclusivè. — Pagina 839. §. *Quod ergo, & odia*, [illegible] lin. ab initio pagin. post illa verba, *Mechionis Saxoniæ*, dele decem lineas, usque ad finem §. — Dele item & omnia sequentia, usque ad finem pagin. — Dele item & totam paginam sequentem 840. & usque ad 8. lin. pagin. 841. simul cum notis marginalibus, usque ad paragraphum qui incipit, *Sed ne ita quidem*, exclusivè. — In eadem pagin. 841. §. *Ex uxore Mactilde*, post illa verba, *Condidit ad Sanctum Ægidium*, dele sex lineas, usque ad finem §. & illa verba, *Huius Henrici*, *&c.* exclusivè. — Pagina 844. 10. lin. ab initio pagin. post illa verba, *Antea privatus*, dele 11. lin. usque ad finem §. & illa verba §. sequentis, *Conradus ubi*, exclusivè. — Pagina 845. post tres lineas ab initio, & illa verba, *Frederico averterat*, dele reliquum pagin. cum tota pagin. 846. usque ad initium pagin. 847. quod incipit, *Sed ad Lotharium redeo*, exclusivè. Delendæ item omnes notæ marginales. — Pagina 847. ante medium, 13. lin. ab initio, post illa verba, *Saviorum bellorum*, dele quatuor lineas, usque ad finem §. & ad finem huius pagin. lin. penultim. dele, *Et si diuturnam esse non sciverint Pontifices.* — Pagina 850. §. *Vixit Lotharij*, decem lineas ante finem pagin. post illa verba, *Ecclesia purior stetit*, dele septem lineas usque ad finem paragraphi, & illa verba, *Fervebat recens*, exclusivè. — Pagina 851. post duas lineas, ab initio, & illa verba, *Muniebat, atque armabat*, dele reliquum pagin. cum tota pagin. 852. & usque ad dimidium pagin. 853. simul cum omnibus notis marginalibus, & usque ad paragraphum qui incipit, *Redeo ad Lotharium.* — Pagina 857. §. *Sed huius loci*, linea quarta, ab initio paginæ, post illa verba, *Mutationum causas*, dele quatuor lineas, usque ad illa verba, *Quam secutæ sunt*, exclusivè. — Pagina 864. sub Titulo, *De rebus Ægyptijs, &c.* post duodecim lineas, ab initio, & illa verba, *Et Europa successit*, dele octo lineas, usque ad finem paragraphi, & illa verba, *Considerentur*, exclusivè. — Pagina 869. sub Titulo, *De sectis in Asiam, &c.* §. *Cum autem assidue*, dele, *trecentis superstitionis opinione.* — Pagina 879. sub Titulo, *Manuel Comnenus*, ante medium pagin. dele integrum §. qui

qui incipit, *Agitata tunc est*, usque ad paragraphum, *Manuel imperio*, exclusivè. —pagina 887. post Titulum, *Imperatores Occidentis*, &c. dele reliquum paginæ, simul cum ferè septē paginis sequentibus, usque ad dimidium paginæ 894. & illum Titulum, *Conradus Tertius*, exclusivè. — Dele item omnes notas marginales.— pagina 904. sub Titulo, *Fridericus Primus*, §. *Interea belli Auctor*, dele quatuor primas lineas huius paragraphi, usque ad illa verba, *Imperator redire*, exclusivè.— Dele item notam marginalem, *Alexander*, &c. — pagina 905. 15. linea ante finem pagin. dele, *Ritu prorsus ethnico*, & post tres lineas, dele paragraphum qui incipit, *Quod ergo nec pertinacem*, usque ad ultimam lineam pagin. & illa verba, *Credibile est*, exclusivè. —pagina 906. post decem lineas ab initio, & illa verba, *sumpsissent arma*, dele reliquum pagin. cum dimidia pagina 907. usque ad paragraphum, qui incipit, *Pacata hoc modo*, exclusivè. — Delendæ itē omnes notæ marginales. — pagina 908. ad finem, linea penultima, dele, *& seditiosas Pontificum machinationes.* — pagina 916. sub Titulo, *Philippus Imperator*, octava linea ante finem, post illa verba, *In tranquillum locata*, dele quatuor lineas, usque ad illa verba, *Sed mox ab Henrici morte*, exclusivè.—Dele item notam marginalem, *Pontificum rabies*, &c. —pagina 917. post medium, post illa verba, *Imperium traderent*, dele usque ad finem pagin. simul cum tota pagina 918. & decem lineis, paginæ 919. usque ad illa verba, *Hunc conserto.* — Dele item omnes notas marginales.—In eadem pagina 919. post medium, dele notam marginalem, *Tyrannis Pontificum*, &c. — Et quarta linea ante finem pagin. dele §. qui incipit, *Ad hunc nimirum*, cum §. sequenti, usque ad dimidium pagin. 920. — Et §. qui incipit, *Rebus ita compositis*, exclusivè. —pagina 921. ad medium, §. *Anno mundi, quinquies*, &c. post illa verba, *Negotijs, & politicis*, dele octo lineas usque ad finem paragraphi, & illa verba, *uxorem habuit*, exclusivè. — pagina 922. sub Titulo, *Otto Quartus*, dele octo primas lineas post Titulum, usque ad illa verba, *Romæ enim*, exclusivè. — pagina 923. 3. linea ab initio, dele §. qui incipit, *His motibus*, usque ad illa verba, *Et si autem sociorum*, exclusivè. —pagina 924. linea 7. ab initio §. *Hoc exitu*, dele, *Pontificum impulsu.* — Et post undecim lineas, & illa verba, *Bavariæ coniungeretur*, dele reliquum paginæ. — Dele item quatuor sequentes paginas, usque ad finem libri quarti, in fine pag. 928.

Ex libro Quinto Chronici, qui incipit pagina 929. in Titulo, adde, *Casparo Peucero*, notam Auctoris damnati, & operis permissi, cum expurgatione.

Ex Epistola Dedicatoria, quæ incipit, *Magna semper*, & ex pagin. 931. post duodecim lineas ab initio, post illa verba, *Retulerit, atque exploraverit*, dele reliquum pagin. cum sex paginis sequentibus, usque ad finem Epistolæ in fine paginæ 937. — pagina 938. ex Præfatione ad Lectorem, §. *Et si Historiæ*, post tres lineas ab initio, & illa verba, *Nostra accedunt*, dele usque ad finem paragraphi, & illa verba, *Georgio Sigismundo*, exclusivè. — pagina 939. post undecim lineas ab initio, & illa verba, *Consilia desideret*, dele quatuor lineas, usque ad illa verba, *Nam si idem*, exclusivè. — Pagina 940. post Titulum, *Imperium Occidentis*, dele totam paginam, cum ferè tota pagina 941. usque ad §. qui incipit, *Non existimemus*, exclusivè. Dele item omnes not. marginal. harum pagin. — pagina 944. sub §. *Eorundem*, *cum Imperatore*, ad medium pagin. post illa verba, *à cæteris oppressa sint*, dele quatuor lineas, usque ad finem paragraphi, & illa verba, *Ita septem*, exclusivè. — pagina 945. linea ultim. §. qui incipit, *Interdum, & furia*, usque ad 11. lin. pagin. 946. & illa verba, *Historias ergo*, exclusivè. Dele item not. marginal. — pagin. 947. ad medium post illa verba, *Dignitate septem virali*, dele reliquum paginæ, cum octo lineis pagin. 948. usque ad illa verba, *Fuerunt tamen*, exclusivè. Dele item omnes marginales. —pagina 949. quinque lineas ante finem paginæ, dele §. qui incipit, *Ardebat tum Italia*, usque ad duodecim lineas pagin. 950. & illa verba, *Germanis contra*, exclusivè. — pagina 951. post medium, §. *Et si igitur*, post illa verba, *scilicet nobilitatis*, dele 5. lineas usque ad finem §. & illa verba, *Cætera Regna*, exclusivè. — pagina 976. cum Titulo, *De Ecclesia*, dele totam paginam, & expunge duodecim paginas sequentes, usque ad finem pagin. 968. & illum Titul. *Fridericus Secundus*, dele item omnes notas marginales harum pagin. — In eadem pagina 968. post Titulum, *Fridericus Secundus*, dele re-

liquum pag. cum tota pag. 969. & ferè tota pag. 970. usque ad §. *Fridericus ergo*, exclusivè. Dele item omnes notas marginales. — P. 971. §. *Et si autem*, ad medium, post illa verba, *Terram sanctam*, dele septem lin. usque ad illa verba, *Quam ob causam*, excl. — Dele item notã marginalem, *Insidiosa consilia*, &c. — Pag. 972. post septem lin. ab initio, & illa verba, *Executus est*, dele usque ad finem pag. Dele item dimidium, pag. 973. usque ad illa verba, *Dissidia hæc*, exclus. — P. 975. lin. 3. ab initio, post illa verba, *Brunduſij subſtitiſſet*, dele quatuor lineas, usque ad illa verba, *Ad arma conclamare*, exclus. Dele item notam marginalẽ, *Crimina conficta*, &c. — Et inferius §. *Imperator*, post illa verba, *Duci Spoletano*, dele octo lin. usque ad fin. §. & illa verba §. seq. *Imperator ſecunda*, excl. Et post tres lineas, dele, *Pontificis calumnijs*. Dele item notam marginalem, *Nefarij conatus*, &c. — Pag. 976. post illa verba, *Ducentesimo triceſimo*, dele paragraphum, qui incipit, *Hæc cum recitent*, usque ad *s. Sed non fuit*, exclusivè. — Dele item notam marginalem, *Pontifices quantum*, &c. — P. 978. linea 2. dele, *Pontifex redijt ad ſuas artes & odia*. — P. 978. §. *Tot atrocibus*, 13. lin. ante finem, post illa verba, *Affectione, & ſtudio*, dele reliquũ pag. Dele item usque ad dimidium pag. 979. usque ad illa verba, *Imperator terra, marique*, exclus. Dele item omnes notas marginales. — P. 980. dele totam pagin. usque ad quatuor lin. pag. 981. & illa verba, *Mutato conſilio*, exclus. — Pagina 983. §. *Animo fuit magno*, lineas octo ante finem post illa verba, *A crudelitate alieniſſimus*, dele quatuor lineas usque ad finẽ § & illa verba, *Pertinacia autem*, exclus. — P. 985. post med. post illa verba, *Antiochiæ Principem*, dele usque ad finem pag. & illa verba, *Nunc ad rerum*, pag. 986. exclus. — Pag. 987. sub Titulo, *De ſtatu Imperij*, quinque lineis ab initio, dele, *Artibus Pontificum*. — P. 990. §. *His ad ſe adductis*, post illa verba, *Contumelioſe illudit*, dele quatuor lin. usque ad illa verba, *Huic ergo morem*, excl. — P. 991. lin. 1. dele, *Artibus Pontificum*, — P. 995. ad med. §. *Hæc illuſtria*, post illa verb *Vocatione legitima*, dele duas lin. usq; ad illa verba, *Non fuit*, exclus. Dele item notam marginalem, *Infelix gubernatio*, exclus. — Pag. 1003. post 8. lineas ab initio, & illa verba, *Saxoniæ Electores*, dele ſex lineas, usque ad illa verba, *Idem fecerunt*, exclus. — Pagin. 1033. sub Titul. *Imperatores Occidentis*, linea penultima, post illa verb *Rodolphi Absburgenſis*, dele 2. lin. usque ad fin. pag. & illa verba, *Italia bellis*, excl. — Pag. 1040. lin. 5. post illa verba, *Fide peratoris*, dele usque ad finem §. & illa ve ba, *Edidit edictum*, exclus. — Dele item n tam marginalem, *Pontificis decreta*, exclu Et inferius, lin. 5. ante finem pag. post i verba, *Sententiam reſpondit*, dele 5 lin. ad finem pag. & illa verba, *Vt ſe Italiæ* cluſ. — P. 1047. sub §. *Nec ita multo*, illa verba, *Bellive laborem*, dele quatuor neas, usque ad illa verba, *Hæc de mot bus*, exclus. — Pag. 1059. sub Titulo, bertus *Auſtriacus*, §. *Albertus*, post illa ba, *Renuntiationem petivit*, dele 17. usque ad illa verba, *Præſertim cum* excluſ. — Dele item notas margina Pag. 1064. lin. 1. post illa verba, *Roma*, dele 23 lineas, usque ad illa ver *Ioannes Britanniæ Dux*, exclus. — Dele mus notas marginales. — Pagin. 1066. *Sed vicit tandem*, post illa verba, *Magiſtratus*, dele reliquum paragraphum usque ad Titulum. *Henricus Septimus*, exclus. — Pag. 1070. §. *Hac tamen*, linea tertia ante finem, post illa verba, *Cap. Paſtilis*, dele tres lineas, usque ad finem pagin & illa verba, *Henricus, & ſterra*, excl. — Pag. 1073. §. *Henrici ſeptimi*, tres lineas a initio, dele, *Scelera Pontificum*, &c. — Pagina 1087. sub Titulo, *Emanuel Palæologus* §. *Hæc Reinerius*, linea ultima, dele, *Pontificis Romani impulſu*. — Pagin. 1108. sub Titulo, *Ludovicus Bavarus*, post illa verba *Lanienas ſtuduerunt*, dele integrum paragraphũ ſequentem, usq; ad illa verba, *Ab biennium*, exclus. — Pag. 1111. post medium, & post illa verba, *De pace propoſita* dele reliquum pag. cũ tota pag. ſequenti & usque ad dimidium pag. 1113. & illa verba, *Leopoldus Auſtriacus*, exclus. — Pag. 1115. ad finem, post illa verba, *Communi concordiam*, dele usque ad finem pag. — Dele item duas paginas ſequentes, usque ad dimidium paginæ 1118 & illa verba, *Et hac diſcordia*, exclus. — Dele item omnes notas marginales. — Pag. 1141. §. *Neapune*, linea tertia, post initiũ, post illa verba, *quam maiorum*, dele 6. lineas, usque finem §. & illa verba, *Suis vero*, exclu — Pag. 1140. sub Titulo, *Carolus quartus* *Rebus Longobardicis*, linea nona, post illa verba, *Impedita poſſeſſione*, dele duas lin usque ad illa verba, *Florentiæ exulantes* exclus. — Pag. 1152. §. *Inventum hoc*, post illa

illa verba, *à sonitu vocamus*, dele usque ad finem §. & titulum in pag. 1153. *de Ecclesia.* — In eadem pag. 1153. §. *Incidit*, post illa verba, *quovis centesimo*, dele 6. lin. usq; ad illa verba, *singulari enim.* — P. 1154. post 4. lin. ab initio, & illa verba, *Civibus nō liceret*, dele reliquum pag. Expungendæ insuper quatuor sequentes paginæ, usque ad Titulum, *Iodochus Barbatus*, post medium pag. 1158. — Pag. 1168. §. *Anno millesimo*, post illa verba, *passim steterunt*, dele 4. lin. usque ad fin. §. & Titulum, *Sigismundus Imperator*, excl. — P. 1171. §. *Tres enim*, dele totum §. usque ad, *Hæc mala*, excl. — Pag. 1172. lin. 2. ab initio, post illa verba, *Trapezunte frequentata*, dele 2. lin. usq; ad illa verba, *Celebris evasit*, excl. — P. 1173. §. *His rebus*, post illa verba, *Lōgius summoveret*, dele reliquum pag. usque ad illa verba, *Et si autem*, excl. — Pag. 1174. post illa verba, *Cum hoste dissipatus est*, dele §. sequētem, usque ad §. *Sequuta est Synodus*, excl. in pag. 1175. — P. 1176. §. *Conferri ipse*, lin. 8. §. dele, *Accensis rabie Pontificum.* — Et inferiùs, §. *Præterea, in corpore*, linea penultima, post illa verba, *Compescerē posset*, dele 3. lin. usque ad fin. §. & illa verba, *Futurum itaque*, excl. — P. 1180. post Titulum, *De Synodis Constantiensi, & Basilienſi*, dele reliquum pag. — Dele item sex sequentes paginas, & usque ad dimidium pag. 1187. & Titulum, *Albertus Austriacus*, exclus. Dele item not. marg. — P. 1191. §. *Amurates ubivem*, 12. lin. ante finem pag. post illa verba, *Solutos esse perhibent*, dele 6. lin. usque ad finem §. & illa verba, *Amurates cum*, exclus. — P. 1192. lin. 3. ante finem, dele totum §. qui incipit, *Ita Rex iuvenis*, usque ad dimidium pag. 1193. cum notis marginalibus, usque ad illa verba, *Erat Ioannes*, excl. — P. 1222. sub Titulo, *Mahometes secundus*, 12. lin. ante fin. pag. post illa verba, *Medicorum Florentiæ*, dele usque ad finem pag. & illum Titulum, *Baiazetes secundus*, exclus. — P. 1243. sub Titulo, *Selymus*, 12. lin. ante fin. pag. post illa verba, *Doctrinæ de Filio Dei*, dele reliquum pag. — Dele item 6. lin. pag. seq. 1244. usque ad illa verba, *Respicientes ergo*, excl. — P. 1250. sub Titulo, *Fridericus Tertius*, §. *Causæ depositionis*, dele, *acriter adversaretur iniustis Pontificum exactionibus, quibus.* — Et §. *Iseburgium*, quinque lineis ante finē paginæ, dele, *Amoliendasque Pontificarum machinationum occasiones.* — P. 1251. lin. 1. dele, *Nihil veritus anathematis Pontificij terriculamenta.* — Pag. 1253. §. *In hac perturbatione*, post illa verba, *ex voto adijt*, dele 5. lin. usque ad finem §. & illa verba, *interea novū*, excl. — P. 1260. lin. 6. ante fin. dele §. qui incipit, *Dignum laude est*, usque ad §. *Vngaricam gētem*, exclus. — P. 1261. §. *Vngaricam gentem*, 15. lin. ab initio, dele, *Artes Pontificis Romani.* — P. 1263. lin. 12. ante finem, post illa verba, *Memoriæ dicatus est*, dele 8. lin. usque ad illa verba, *Victorinus filius*, exclus. — Pag. 1277. §. *Anno septuagesimo*, lin. 9. post initium, & post illa verba, *Gabriel Biel*, dele 4. lin. usque ad finem §. — Et in §. antecedenti, in pag. 1276. lin. 11. ante finem, dele, *renascentis in Ecclesia sinceriorīs.* — Pag. 1278. post 14. lin. ab initio, & illa verba, *Iudicio antecelluerit*, dele §. sequentem, usque ad illa verba, *Vita eius*, exclus. — P. 1286. §. *Cæsar Borgia*, lin. 1. pag. post illa verba, *Passim excidisset*, dele 3. lin. usque ad illa verba, *Mandato Ferdinandi*, exclus. — P. 1289. §. *Anno octavo*, post 8. lin. ab initio, & illa verba, *Satis videbatur*, dele 40. lin. usque ad finem §. & illa verba, *Maximiliani quidem*, excl. — P. 1292. ad medium, post illa verba, *reduci oportere*, dele § sequētem, usque ad illa verba, *Pontifici in præsentia*, excl. — P. 1293. §. *Hoc exitu*, 4. lin. ante finem paginæ, post illa verba, *necessariorū bellorum*, dele 4. lin. usque ad finem paginę, & illa verba, *invidebant omnino*, excl. — P. 1300. ab initio paginæ, cum Titulo, *De Ecclesia*, dele totam pag. — Dele item & 8. pag. sequentes, usque ad finem p. 1308. cum fine totius libri, & operis.

Pag. 1309. in exhortatione Maximiliani. &c. expunge omninò, *à Philippo Melanchthone.* — Et ubi opus hoc tribui solet Peucero, adde notam Auctoris damnati, & operis permissi. — P. 1331. post Titulum, *De Electione, & Coronatione Caroli V, &c.* dele, *Philippus Melanchthon.* Quod si in alia editione tribuatur idem opus Peucero, adde notam Auctoris damnati, & operis permissi.

In Tabella ostendente, *Quo ordine legenda, & cognoscenda sit series historiarum mundi*, expunge ferè dimidium Tabellæ ex superiori parte, usque ad titulos, qui respondent margini, *Historiæ sunt*, &, *quartam Romanorum*, &c. — In fine verò Tabellæ, dele nomen, *Melanchthonis*, &, *Lutheri.*

Ex Indice Rerum, & Verborum, initio, expunge nomen, *Philippi.* — Littera C. Verb. *Celibes esse iubentur*, dele 4. lin. usque ad, *Colchis utitur*, excl. — Et verbo, *Commentum*,

mentum, dele 5. lin. usque ad, *Cõmodus Imp.* exclus. — Litter. E. Verb. *Ecclesiæ*, post illa verba, *Ecclesiæ iudicia*, dele omnia, quæ sequuntur usque ad, *Ecbertus fundavit*, excl. — A Verbo *Evangelij*, dele 6. lin. usq; ad, *Eucherius*, excl. — A Verbo, *Exemplum illustre*, dele 5. lin. usque ad, *exercitus*, &c. — A Verbo, *Germania intestinis*, dele 3. lin. usque ad, *Germani*, excl. — A Verbo, *Greg. à Pontificatu*, dele 4. lin. usque ad, *Gregor. IX.* Et inferius, dele, *Gregorij nomen fatale Orbi Christiano.* Et paulò ante, à verbo, *Gregor. Magnus*, dele 3. lin. usque ad, *Gregorium Phocas.* — Lit. I. Verbo, *Idolo-latriæ*, dele 2. lineas, usque ad *Idolo-latriam, aliaque.* — A Verbo, *Impia prohibitio*, dele 4. lin. usq; ad, *Imperatorem*, excl. — A Verbo, *Ioannes Hus consulta*, dele 4. lin. usque ad, *Ioannes Hus, & Hieronym.* exclus. — Lit. M. à Verbo, *Maozin*, dele 2. lin. usque ad *Maras regia.* — Et à Verbo, *Moguntinus præcipuus*, dele omnia quę sequuntur, usque ad, *Monarchiarum*, excl. — Et à verbo, *Monasteria*, dele 4. lin. usque ad, *Monstrum*, excl. — A Verbo, *Paschalis incitat*, dele usque ad, *Patavium*, excl. — A verbo *Pontificum, &c.* dele omnia, usque ad, *Popilius*, excl. — A Verbo, *Refutatio*, dele usque ad, *Reges Hispanici*, excl. — A Verbo, *Religio*, dele usque ad, *Renatus*, excl. — A Verbo, *Sacerdotibus prohibetur*, dele 4. lin. usque ad, *Saga*, excl. — In Verbo, *Sigismundus*, dele, *exustis martyribus Sanctis.* — A Verbo, *Traditiones*, dele usque ad, *Trianus*, excl. — A Verbo, *Vrbanus*, dele usque ad, *vrbis Athenarum*, exclus. — A Verbo, *Wittemberga*, dele usque ad, *Woldemarus*, exclus.

Ioannes Casselius.

Professor Helmstadiensis, Germ. Historiograph. & Philolog.

Eivs *in Cebetis Thebani tabulam* versio & notę. Lugduni Batavorum apud Iacobũ Marci 1618. ex Bibliotheca Elmenhorstij, hominis damnatæ memoriæ.

In prima libri facie, appinge notam Auctori damnato, & operi cum expurgatione permisso.

Eivsdem *Epistola Historica* ad Davidẽ Hilchenium Helmstadij 1604. — Itẽ Epistola, quæ inscribitur, *Studiosi cuiusdam veritatis cõtra deliramen, &c.* Helmstad. 1594. — Item in *Thucididis Historiam Paralegomena.* Rostochij 1576. — *Oratio pro arte Poëtarum*, Rostoch. 1569. — *Proœmium*, in interpretationem librorum Aristot. de vita & moribus, ibidem. Permittuntur cum suis notis.

Ioannes Castellanus.

Ioannes Casus.

Seu, *Casa*, vel, *Casæ*, Italus, Calvin. Philol. Politicus, Professor Oxonienſis.

Elvs *Lapis Philosophicus.* Francofurti apud hæredes Andreæ Wechel, & Anton. Hierat. 1600.

In ipso libri initio, post illa verba, *Indubitatis locupletissimis*, adscribe, *Auctor dum tus opus verò hoc permissum.* — Epistola Dedicatoria, quæ est ad Thomam Egertum Custodem magnum Sigilli Angliæ, & initium est, *Vt prudentiores senes mor &c.* tota deleatur. — Post epistolam ad Lectorem, dele omnia Elogia, & Epigramata in laudẽ operis, & auctoris, per quinque integra folia. — In Prolegomenis, pagina 20. linea 26. ibi, *Vt divinis testimoniis, verboque Dei solum subscribas*, dele, *verboque Dei solum.* — Lib. 8. cap. 4. pag. 971. in §. *Alij hanc*, ibi, *Sed semper in se beatus, aut aut alia movet*, deleatur, *aut se, aut.* — Idem pag. 673. ad finem, in §. *Filium longu* ibi, *Et sic solus Deus seipsum movet*, dele *seipsum.* — Et pag. 975. linea antepenultima, ibi, *quod infinitè seipsum, omniaque, quæ sunt moveat*, dele, *infinitè seipsum.*

Ex eiusdem Ioannis Casi *Speculo quæstionum Moralium, in universam Aristotelis Ethicen.* Francofurti, ex officina Nicolai Bassæi, 1597.

In ipsa operis inscriptione, post illa verba, *Socio Auctore*, adde, *damnato, hoc auctore opus cum expurgatione permissum.* — Fol. sequenti, post titulum, dele Epistolam Dedicatoriam, quæ incipit, *Anno præterito* &c. — Post Epistolam ad Lectorem, dele Carmina omnia quę sequuntur in laudem operis, & Auctoris, per 8. fol. — Lib. 2. c. 9. pag. 139. dele totum §. qui incipit, *Commendandum est minutulas.* — Ibidem dele notam marginalem, quæ incipit, *Declinamus* — Lib. 3. c. 7. pag. 195. dele totum § qui incipit, *Agnosco belluas.* — Lib. 4. c. 7. pag. 287. post illa verba, *Ea, quæ apparent* usque ad finem §. — Pag. 290. dele § qui incipit, *Fabulæ poëticæ*, usque ad Titum *Andicens verum*, in sequenti pag. 291. — Lib. 5. c. 3. p. 335. dele totum §. qui incipit *Attendendum est*, usque ad cap. 4. in sequenti pag. 336. Ibidem dele notam marginalem quæ incipit, *Reges soli.* — Cap. 7. pag. 3[illegible] post

post med. post illa verba, *Divinum, vel humanum*, dele usque ad illa, *Sed quid moror.* — P. 649. dele totam perorationem ad Lectorem, quæ incipit, *Pollicitus sum.* — In Indice, sub littera A. dele illam sententiam, *Reges soli Deo subjiciuntur.*

EIVSDEM *Sphæra Civitatis*, hoc est, Reip. *&c.* & de administrandæ ratione. Francofurt. ad Mænum, 1605.

In ipso Operis titulo, post illa verba, *Sphæra civitatis*, dele usque ad illa, *Ioanne Casa* exclusivè, & post illa, *Præcursoris socio*, adde, *Auctore damnato, sed hoc opus eius cum expurgatione permissum.* — Pagina sequenti, post operis titulũ, dele effigiem sphæræ Civitatis ibi appositam cum sequẽti Carmine, & duobus item Epigrãmatis in laudem operis & Auctoris. — Fol. sequenti, dele Epistolã Dedicatoriam, quę incipit, *Mirabilem, & fatalem.* — In Præfatione, ad Lectorem, pagin. 8. in §. *Ex his*, post illa verba, *ædificasse Ecclesiam*, dele usque ad illa, *Religionem denique*, exclusivè. — Ibidem pagin. 9. in §. *Hic Christus*, post illa verba, *Cohabitare cum filiis hominum*, dele usque ad illa, *Quorsum hæc*, exclusivè. — Ibidem pagin. 19. in §. *Age vtcumque*, post illa verba, *à quo Christus venit*, dele usque ad illa, *sed Orosius*, exclusivè. — Post epistolam ad Lectorẽ, dele carmina diversorum in laudẽ Auctoris, & operis, quæ tribus paginis continentur. — Lib. 1. in Prolegomenis pagin. 5. post initium, post illa verba, *Acuere, & contorquere. Resp.* dele usque ad illa, *quoniam Princeps.* — Cap. 3. pagin. 13. ad finem, post illa verba, *Et officium non persolvis*, dele usque ad finem §. — Lib. 2. cap. 5. pagin. 98. post initium, post illa verba, *De repentino opprimit*, dele usque ad illa, *exempla, & stratagemata.* — Lib. 3. cap. 10. pag. 196. post medium, post illa verba, *Ad inferos ceciderunt*, dele usque ad illa, *si verò spolient*, exclusivè. — Lib. 4. cap. 10. pagin. 254. ad medium, post illa verba, *Animo ferre potest*, dele usque ad finem §. — Ibidem dele notam marginalem, quæ incipit, *Vide Petrum.* — Pagina 256. ad finem dele §. qui incipit, *Resp. Cave nè*, usque ad finem capitis in pag. 257. — Lib. 5. cap. 3. pagin. 300. dele notam marginalem, quæ incipit, *Sic Geneva.* — Cap. 11. pagin. 340. post medium, post illa verba, *Plurimum propagarint*, dele usque ad illa, *si nominatim.* — Ibidem dele notam marginalem, quæ incipit, *Auctoris pietas.* — Cap. 12. pagin. 348. post medium, post illa verba, *Rerum periodus Bodinus*, dele usque ad illa, *In libro de Methodo*, exclusivè. — Pagina 349. dele notam marginalem, quæ incipit, *Melanch.* — Pagina 351. initio, post illa verba, *Spatio retrò commeet*, dele usque ad illa, *sed hic filium*, exclusivè. — Lib. 6. cap. 1. pagin. 358. ante medium, post illa verba, *Cur arma non sumimus*, dele usque ad illa, *hactenus de causa*, exclusivè. — Cap. 7. pagina 390. sub initium, post illa verba, *Augustissima virginum Vestalium*, dele, *Vestalium.* — Cap. 8. pagin. 392. post medium, post illa verba, *Abdita nectit*, dele usque ad illa, *Cur ergo tu*, exclusivè. — Lib. 7. cap. 6. pagin. 420. sub initium, post illa verba, *Secuta confusio*, dele usque ad illa, *Sed pene extra*, exclusivè. — Pagina 421. ante medium, post illa verba, *Sed de illa*, dele usque ad illa, *Albericus Gentilis*, exclusivè.

EIVSDEM *Summa veterum Interpretum in Vniversam Dialecticam Aristotelis*, &c. Francof. ex officina Typographica Wolfgangi Richteri, *&c.* Anno 1606.

In prima operis inscriptione, post illud, *Præcursoris socio*, adde, *Auctore damnato.* Et post illud, *Philosophiæ studiosis*, dele usq; ad, *denuò edita.* Et post illud, *Et verborum locupletissimo*, adde, *prohibita, cum expurgatione permissa.* — Expungatur totũ Carmen Ioannis Readi in Dialecticam Ioãnis Casi, quod incipit, *Longa legas.* — Deinde præcidatur tota Epist. Nuncupator. Ioan. Casi.

Expungatur tota Epist. Nicolai Morici ad Ioannẽ Casum, quæ incipit, *Quod tu austeritate.* — Deinde expungantur omnia Carmina, quę sequũtur cũ suis inscriptionibus, & subscriptionibus usq; ad Titulũ, *An Dialectica sit utilis*, &c. exclus.

IOANNES Cherponsius.

German. Philosoph. Politic. & Polilog. Galvinian. Theol. & Histor. & Polilog.

IOAN. Checus, seu, *Checkhus.*

Anglus, patria Cantabrienſis, seu, *Cantabrigienſis*, & eiusdem Academiæ Professor, Luther.

EIVS in *Leonis librum de Bellico apparatu*, è Græco in Latinum à se conversum, *Præfatio*, cum expurgatione permissa. Basileæ, apud Michaëlem Isingrinium 1554.

Post appositam notam libri initio, videlicet, post illa verba, *Checo Cantabrigienſi*, adde, *Auctore damnato.* — In Præfatione, quæ incipit, *Cum omnia nunc*, &c. Post illa inscriptio-

inscriptionis verba, *Hyberniæquè Regi*, dele 3. lin. usque ad, *Ioannes Checus*, excl. — Eiusdem de *Pronuntiatione Græca*, liber. — *Introductio Grammaticæ*. — *De Ludi-Magistrorum officio*. — Et quædam aliæ præfationes in libros è Græco in Latinum à se conversos, permittuntur cum nota Auctoris, & operis.

Cætera verò, *Theologica*, *& moralia*, item & liber *Epitaphiorum*, & in laudem sectariorum, prorsus interdicuntur.

IOANNES Keysersbergensis.

IOANNES Choreander.

German. Luther.

IOANNES Christophorus Carolus. *Theolog.*

IOANNES Christophorus Fuchsius.

Seu, *Fuchs*, Senior, in Walemburg. Francus, Poëta.

IOANNES Claius, Herzbergensis.

German. Poëta, & Theologus Lutheran. Philologus.

Quædam eius *Poëmata*, vid. Tom. 2. Deliciarum Germanicarum, 3. Class. Cætera eius opera prohib.

IOANNES Clokus, seu, *Clockius*.

Germ. Theol. & Poëta Luth. Aug. confess.

IOANNES Colegerus.

Germ. Theol. Luth. August. conf. Minister Stetinensis.

IOANNES Cluverus.

Germ. Theol. Luth. Professor Soranus.

IOANNES Colerus.

Germ. Theolog. I. C. & Historiog. Luth.

IOANNES Comander.

Minister Curiensis. Vide *Alamanicarum rerũ, scrip.* 3. Class. & in *Ioachimo Vadiano*, & *in Ioanne Blasio*, 1. Class.

IOANNES Combuchius.

Seu, *Combachius*, Germ. Philos. Luth.

IOANNES Conradus Vlnerus.

Seu, *Vlmerus*, seu, *Kockius Scaphusianus*, German. Theol. & Mathemat. Polilogus, Pastor Scaphusianus, Luther. Zuinglianus.

IOANNES Conradus Ruperius, *Phil.*

IOANNES Cosmius.

Seu, *Cosminius*, Regius concionator in Polonia.

IOANNES Crato à Kraftheim.

Seu, *Kraffcein*, Vratislaviensis Germ. Medicus, & Chimicus, Luther.

Scribebat, *de Febre putrida & pes*[illegible] *Francof.* 1585. — *Consilia & Epistolæ Medicinales* lib. 5. Francof. 1591. 1592. — *Pedagoge Medicinæ*, Hanoviæ 1595. — [illegible] & *Methodus Therapeutica*, *& de Hippocratica*. Basileæ, apud Oporinum — *Periochæ*, in Galeni methodum, quæ permittuntur adhibitis suis notis.

IOANNES Creccelius.

Germ. Theol. Luth. Aug. confess.

IOANNES Crispinus.

Atrebas, I. C. & Histor. & Polilog. Calvin.

EIVS *Lexicon Græco-Latinum*. Genevæ, 1593; & Londini, apud Henricum Byndeman. 1581.

Apponenda Crispino sua nota. — Deinde pag. 3. delenda Carmina, quibus Lexicon de se loquitur, & incipiũt, *Lexicon exiguum*. — Et similiter Græca Bartholomæi Dodigktom. — Item expungenda Epistola Dedicat. Ed. Grant. ad Robertum Dudleium, quæ incipit, *Præclaram mihi*, tota expungenda. — Et similiter expungenda Præfatio E. G. quæ incipit, D.

EIVSDEM Annotationes, & *Additiones in* 4. *Institutionum libros*, 1591, & 16[illegible] permittuntur cum nota solita.

EIVSDEM *Lexicon sive Dictionarium Græco-Latinum*. G. Budæi, Iacobi Tusani, Roberti Constantini, atque aliorum, [illegible] apud Ioannem Crispinum, 1562. Et [illegible] suppresso loci nomine, sed excusus est Genevæ, Quamvis ergo nõ sit opus [illegible] tantum Auctoris, sed Crispino tribuitur, quod inter Auctores etiam numeretur, & quod sit idem ipse Typographus malæ fidei, qui illud excudit.

In prima libri facie post *postremi Auctoris*

rijs, & Typographi, adde, *Ioannis videlicet Crispini Auctoris damnati.*

Tom. 1. pagin. 152. colum. 2. in dictione, *Anathema*, ante medium, post illa verba, *Parietibus, & columnis templi*, dele tres lineas, usque ad, *Herodotus*, exclusivè. — Et pagin. 810. colum. 1. sub initium in dictione *Zygos*, post illa verba, *Vocat legis iugum*, dele duas lineas, usque ad, *Tactinesu*, exclusivè.

Tom. 2. in voce *Pistis*, pagin. 1441. col. 1. in medio, dele ab illis verbis, *Deinde significat*, inclusivè decem lineas usque ad, *Est verò Pistis*, exclusivè. — Et in voce *Popanon*, pagin. 1480. col. 2. post medium, dele ab illis verbis, *Hæc popana sunt*, inclus. 3. lineas usque ad, *Popizin, popissare*, excl. — In voce *Prognosis*, pagin. 1506. col. 2. post medium, & post illa verba, *Suo tempore præstituerit*, dele lineam usque ad, *Vt igitur à prudentia*, exclus. — In voce *Pronia*, pag. 1520. col. 2. paulò ante finem, post illa verba, *Atque eius providentia*, dele duas lineas, usque ad, *Proniam Stoici dixerunt*, exclus. — In voce *Sathanas*, pag. 1603. col. 1. sub initium, post illa verba, *Adversaretur consilio Divino*, dele lineam cũ dimidia usque ad, *Iam Sathanas Hebræis*, exclus. — Pag. 1738. §. *Verba hæc Apostoli*, ab illis verbis inclus. *In quibus omissa*, dele 7. lineas usque ad, *Sed tota difficultas*, excl. — Pag. 1640. in voce, *Sympla*, col. 2. post medium & post illa verba Græca *Apemosene*, dele 4. lin. usque ad, *Ipechin sive*, exclus.

Lexicon, hoc est, *Dictionarium Græco-Latinum supra omnes editiones postremo nũc hoc ann. ex varijs, & multis Auctoribus*, &c. (nimirum octo) Basil. ex officina Henrici Petrina, 1577. ut in fine notatur.

In prima libri facie, Conrado Gesnero, Hadriano Iunio, Ioanni Hartungo, Guilielmo Xylandro Sectarijs, huius Lexici exparte Auctoribus, adhibe singulis notam damnati Auctoris.

In Epistola Typographi ad Lectorem, pag. ad finem, statim post illa verba, *Magnitudinem excrevit*, dele reliquum Epistolæ. — Et postea expunge duo folia sequentia usque ad, *Ipsius operis initium*, exclus.

In voce *Hæresis*, colum. 2. initio, post illa verba, *Electione, & creatione Episcopi*, dele 50. lineas usque ad, *Et præstantis in Philosophia viri*, exclusivè. — In voce *Anathema*, ad medium columnæ post illa verba, *Parietibus, & columnis Templi*, dele 3. lin. usque ad, *Vide Pollucem*, exclus. — In dictione *Pistis*, paulò ante medium, post illa verba Græca, *Pepiomeza*, dele 9. lin. usque ad, *inde & pro tota Religione*, exclus.

Idem Lexicon, seu Dictionarium Græco-Latinum, *Post correctionem* (illorum octo auctorum) *novissimè à Iacobo Cellario, & Nicolao Honicero, accuratè emendatum, & auctum*, &c. *Cui adiungitur Appendix complectens opuscula*, &c. Basileæ, per Sebastianum Henric. Petr. 1584. ut in fine notatur, & 1585.

In voce *Anathema*, pag. 123. colum. 1. post 13. lineas, & illa verba, *Parietibus, & columnis templi*, dele tres lineas, usque ad, *Vide Polluc.* exclus. — In verbo, *Pistis*, *Fides*, pag. 1096. colum. 2. ad medium, & post illa verba Græca, *O mis pepismetha*, dele 7. lineas, usque ad, *Est verò Pistis*, exclus.

Ioannes Cronerus.

Seu, *Crumerus*, Germanus, Theologus, Lutheranus.

Ioannes Cruciger.

Theologus Luthero-Zuinglianus.

Ioannes Crucius.

Haerlemensis, subscriptor Conciliabuli Dordrechtani.

Ioannes Crugerius.

Seu, *Crugerus*, I. C. & Phil. & Theol. Lutheran. August. Confessionis.

Ioannes Crugerus.

Ioannes Cuno.

Seu, *Cunon*, German. Theolog.

Ioannes Czaphko.

Ioannes Darrius.

Germ. Theolog. Lutheran. Aug. confess.

Ioannes Davenantius.

Cantabrigiensis, confirmator Synodi Dordrechtanæ.

Ioannes Dauth.

Francus, I. C. Professor Lypsensis, Luth.

Ius *de Testamentis*, doctrina Methodica, accessit, *Repetitio*, leg. 1. Dig. de vulg. & popul. substit. *Et Oratio initio prælectionum, &c.* Lipsiæ 1594.

Initio libri adhibenda, *Ioanni Dauth*, nota Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permissi. — In Epistolæ Dedicatoriæ

dium, post illa verba, *Fuit maxime methodicus*, dele septem lineas, usque ad, *Quatuor Auctores constituunt*, excl. ſi. — Et pag. 16. linea 5. à fine, dele, *Divinum præceptorem.* — Cap. 8. pag. 42. linea 7. à fine, dele, *Melanthon, lib. 1.* — Capit. 11. quod est, *De quæstione utrum*, ad finem, dele numerum 1. qui est §. *Id affirmandum*, qui constat decē lineis, usque ad num. 2. exclus. in pag. 51. — Cap. 21. pag. 74. linea 5. ab initio, dele, *Molinæo.* — Lib. 2. cap. 11. pag. 93. post medium, post illa verba, *Sed unigenitum*, dele usque ad *Qui in eum*, exclus. — Pagin. 126. in Idæa artis Lullianæ, linea 6. dele, *Non nisi divino instinctu, & afflatu.* — Pag. 150. in fine, post illa verba, *Sunt duodecim propositiones, E. g.* dele reliquum paginæ cum duobus sequentibus foliis, usque ad, *Iam in aprico est*, in medio, pag. 154.

IOANNES Henricus Hiemerus, *Phil.*

IOANNES Hermstadius, *Phil.*

IOAN. Heringius.

Oldenburgensis, Antonij F. Philomusius I. C. Lutheranus.

EIVS *Tractatus singularis, de Molendinis, eorumque iure.* Adiecit idem *Mantissam rerum adfinium, &c.* Francofurti, apud Danielem, & Davidem Aubrios, &c. 1625.

Adhibenda sua nota Auctori damnato, & operi cum expurgatione permisso, in 1. lib. facic. Pag. 6. eiusdem Epistolæ linea 9. à fine, post illa verba, *Si non audeatis*, dele duas lineas, usque ad, *Redijt enim tempus*, exclus. — Et pag. 7. lin. 6. ab initio, dele, *Sacrosancta Religione, &.* — Pro toto vero opere, notandum, Lutheri nomen, quod non raro occurrit omnino abolendum. — Quæst. 3. num. 13. ad finem, post illa verba, impudicè abusi sunt, dele quatuor lineas, usque ad, *Denique mola*, exclus. — Eadem quæst. num. 5. in fine, pag. 52. col. 1. post illa verba, *In sacrificijs usus fuerit*, dele duas lineas, usque ad finem num. — Quæst. 6. n. 3. pag. 93. col. 2. ad finem, post illa verba, *Ac tamen sitiant*, dele septem lineas, usque ad, *Inter muros eorum*, exclus. — Quæstio. 43. num. 50. pag. 431. post medium, & post illa verba, *Cap. 8. vers. 15. & 16.* expunge tres sequentes lineas, usque ad §. *Quoad præcedentia*, exclus.

EIVSDEM vero *Mantissa*, tractatui de Molendinis adiecta, qui est, *De Iure Burgorum*, & continet conclusiones Historico-Politico-Philologico-Iuridicas de Castris, *&c.* Francof. apud Danielem, & Davidem Aubrios, *&c.* 1625.

Capit. 1. §. 18. num. 241. pag. 47. col. 2. paulò post initium, post illa verba, *Quæ homines merito absterreret*, dele lineam, usque ad, *Interea cum fructu*, exclus. — Capit. 2. num. 12. pag. 131. col. 1. initio, post illa verba, *Mori sinere, ex Nov. 1.* dele duas lineas, usque ad, *Non possunt non*, exclus. — Et ibidem num. 31. pag. 133. col. 2. post initium, post illa verba, Græca, *Caminos abyssu*, dele duas lineas, usque ad, *Quod tamen veritatē*, exclus. — Et inferiùs in eadem col. lin. 10. ante finem, expunge nomen *Lutheri.*

IOANNES Henricus Linckius.

IOAN. Henricus Subicerus, *Phil.*

IOAN. Hervagius.

German. Lutheranus, & Typographus, malæ fidei.

EIVS Præfatio in *Divi Ioannis Chrysostomi*, opera permittitur adhibita tamen nota damnati Auctoris, & operis permissi.

EIVSDEM Præfatio in *Historiam Witichindi Saxonis.* Basileę, apud Ioannem Hervagium, vide, *Witichindus* 2. Class.

IOAN. Herzberg.

IOAN. Heselbeinus.

Seu, *Heselbeinius*, German. & Philos. Luth. Augustanæ confes.

IOAN. Hessus.

Seu, *Ioannes de Hessæ*, Presbyter Traiectensis, German. Lutheran.

IOAN. seu *Ianus Heurnius.*

Vltraiectensis, Medicus Professor Leydensis.

EIVS in *Hippocratis de morbis acutis*, primum & secundum librum. — Item in Hippocratem, *De victus ratione*, tertium, & quartum. — Item, de *Hominis natura*, libri duo, Commentarius. Apud Raphelengium, 1609.

Permittuntur, apponenda tamen in singulis Commentarijs nota solita, tum Ioanni, tum Otthoni Heurnio F. editori, & Præfatori. — In præfationibus verò singulis

lis ad Ordines fœderatos ad illarum Calcem, dele vocem, *Religionis*.

EIVSDEM de *Morbis humani capitis*, apud Rapheleng. 1594. — Institutiones Medicinæ. Basil. apud Conradum Waldkirch, 1583. & 1594. de *Morbis Oculorum Aurium*, nasi, dentium, & oris, apud Rapheleng. 1602. 1609. — Item de *Moribus mulierum*, apud Rapheleng. 1608. similiter permittuntur adhibitis suis notis.

IOANNES Hildebrandus.

German. Luther. Philos. & Poëta.

IOAN. Hilnerus.

Germanus, Philosophus, & Poëta Germanus Lutheran.

EIVS *Nomenclator Rithmicus*. Lipsiæ 1599 permittitur cum sua nota.

IOAN. Himmelius.

German. Theolog. Professor Ienensis, Lutheran. Augustanæ confess.

IOAN. Hitliz. *Theolog.*

IOANNES Hockelshofefen, *Phil.*

IOAN. Hoedus.

IOAN. Hoker.

Seu, *Hokerus*, seu, *Hookerus*, seu, *Hocherus*, Magdalenensis, Professor Oxoniensis, Poëta, & Polilogus, Lutheran.

IOANNES Homatus. *I. C.*

IOAN. Homburgius.

Cuius Precationes Psalmorum Latinitate donatæ. Francof. 1544. nominatim prohibentur.

IOAN. Honterus.

Tigurinus, Cosmographus, & Poëta, Calvino-Zuinglianus.

EIVS *Rudimenta Cosmographica*, Tiguri apud Froschoverum. — Item *Enchiridion Cosmograph.* permittuntur, apposita nota.

IOANNES Hoperus.

Seu, *Hopperus*, Anglus, Somersetēsis, Theolog. & Polilogus, Pseudo-Episcopus Glocestriensis. Exustus est cum alijs quatuor Hæreticis, Glocestriæ, ann. 1555.

IOANNES Hopkinsonius.

Seu, *Hopkius*, Britannus, Poëta, Lutheran.

IOAN. Hospinianus.

Steinanus, Helvetius, Theologus & Philosophus, & Poëta, Professor, & Minister Basiliensis, Lutheran.

IOANNES Host à Romberch.

Germanus, Theologus, Lutheranus.

IOAN. Hucherus.

Professor, & Cācellarius Medicorū Mospeliensis, Bellovacus, Calvin.

EIVS liber, *De Sterilitate utriusque sexus*. Aurelię Allobrogum, apud Sam. Crispinum, 1610. permitt.

Post appositam notam Auctori & op. in præfatione totius operis, scribe, *Cæterum legenda est hæc Præfatio, ne dum nomine exaggerat insitam & naturalem cupiditatem suscipiendæ prolis, videatur derogare dignitati Cælibatus Evangelici: ac præterea verum aptè utitur quibusdam Scripturæ testimonijs.*

IOAN. Hugo, *Hollandus.*

Lynscothanus, Calvin.

EIVS *Itinerarium navale in Lusitanorum Indiam*. Hagæ Comitis, 1599.

Cap. 28. pag. 35. col. 1. ante medium, dele, *Quis enim castitatem, &c.* usque ad *Æstivis, Hibernisque*, exclus. — Et ibidem, dele notam marginis, *Mulieres in India*, &c. — Et col. 2. statim à medio, ibi, *Degunt libera Religione*, dele usque ad notam marginalem, *Goæ omnium, &c.* — Cap. 31. pag. 40. col. 2. ante medium, dele, *Postrema enim libidine, &c.* usque ad verba, *Cæterum mundiorem*, quæ habentur in pag. 41. col. 1. ante medium. — Et post medium eiusdem columnæ, dele, *Principia ista, &c.* usque ad *Aromata quoque*, exclus. — Circa cap. 4. & 44. insertæ sunt obscænæ quædam imagines, quæ obliterentur omnino. — Cap. 92. pag. 102. col. 1. paulò post initium, dele, *Est enim fatorum, &c.* usque ad, *Septem xvj.* exclus.

Vide etiam supra pro Ioannis Hugo navigatione, verbo, *India Orientalis*, &c.

IOANNES Huldricus Herlinus.

Germanus, Theologus, & Poëta, Calvino-Zuinglianus.

IOAN.

Ioannes Huschinus.

Ioannes Hus.

Natione Bohemus, cum socio Hieronymo Pragensi, Waldēsium, & Wicleffitarum imitator, imo & sectator, Hęresiarcha. Quem cum eius Libris omnibus Concilium Constantiense incendio damnavit.

Ioannes Husserus.

Germanus. Basiliēs. Minister, Lutheranus.

Ioannes Huttichius.

German. Historic. Lutheran.

Eivs *Compendium de Romanis Imp.* cum Imaginibus. Argentinæ, 1526. Permittitur cum sua nota, *&c.*

Ioannes Iacobus Ammianus.

Ludi-Magister Tigurinus, Zuinglianus.

Eivs *Libellus Phrasium* Apud Froschoverum. Permittitur apposita nota.

Ioannes Iacobus Bernardus.

Theolog. Luther. Augustanę confessionis.

Ioannes Iacobus Breytingerus.

Tigurinus, Calvino-Zuingl. ex Auctoribus conciliabuli Dordrechtani.

Ioannes Iacobus Frisius.

Ioannis Frisij Tigurini Filius, Calvino-Zuinglianus, Ludi-Magister Tigurinus.

Eivs *Rhetoricæ Tabulæ, Dialecticæ, Ethicæ, &, in Ciceronem pro Archia, & pro M. Marcello,* Permittuntur appositæ nota.

Eivsdem *Auctarium Bibliothecæ Gesnerianæ,* cum epistola nuncupatoria, vide *In Iosia Simlero* 1. Class.

Eivsdem *Philosophorum Chronologia;* vide in *Ioan. Gualterij Belgæ,* tom. 2. Chronici Chronicorum 2. Class.

Ioannes Iacobus Gryneus.

German. Theol. & Historicus, Calvino-Zuinglian. Professor Basilienſis.

Eivs *Præfatio* in lib. Epistolarū Thomæ Erasti, vide *Thomas Erasti* 1. Clas.

Eivsdem *Annotationes in sancti Irenæi opera.* Basileæ, per Eusebium Episcopium, *&c.* 1571.

In ipsa operis inscriptione, adde Erasmo Roterodamo, & Iacobo Grynæo, *Notā dānati Auctoris, & operis,* cum expurgatione permissi. — In argumento lib. 5. pag. 534. ante medium, post illud, *In diem resurrectionis,* dele usque ad illud, *Cum potius videtur,* exclus. — Ibidem, in fine pag. post illud, *Resurrectionem corporum,* dele usque ad, *Quin & Hieronymus,* exclus. — Ex Indice vero, tum huius, tum aliarum editionum, delenda, ubi erunt, sequentia, sub litteris sequentibus.

A. *In corpore caput regit.* — *Adam perdidit nobis imaginem Dei.* — B. *Litteram Christus noluit exprimere magistro non iubente.* — K. *In corpore tibias regit.* — X. *Manus habet in corpore.* — *Chaos ex nocte & silentio progenitus.* — *Christus imaginem Dei nobis recuperavit.* — *Cœlos septem esse, & Demiurgum eos regere.* — *Collum ex quibus litteris similetur.* — *Corpus quibus litteris figuretur.* — *Crura quibus litteris finguntur.* — *Cupido ex chao & nocte generatur.*

D. *In homine pectus habere.*

D. *Dæmones esse septem humano generi semper resistentes.* — *Demiurgus omnium Rex.* — *Demiurgo nullus Deus præponendus.* — *Demiurgo servire lex iubet.* — *Dodecas Aeonum quid significet.* — E. *Littera in nomine* Iesv *quid significet.* — *Enòs, quæ sit virtus.* — *Fœmora ex quibus constent litteris.* — E. *cinctum regit in corpore.* — P. *humeros in homine possidere.* — *Genua, quibus constent litteris.* — *Generare à Sathana esse.* — *Hebdomas cur Demiurgus dicatur.* — *Henosis una Eonum.* — *Humeri ex quibus litteris compositi.* — *Hilicon salutis capacem non esse.* — I. *Genua regit in corpore.* — I. *Litteram in nomine* Iesv *quid significet.* — H. *Verenda possidet in corpore.* — *Ioan. Papa ad palinodiam redactus.* — L. *In corpore crura sibi vendicat.* — *Dytrotes confirmat sophiam.* — M. *Pedes sibi vendicat.* — *Manus ex quibus litteris, &c.* — *Menses octodecim cum discipulis à resurrectione conversatum fuisse Christum.* — *Michaël serpentis nomen.* — *Mundum Cosmocratoris sedem esse.* — N. *In corpore sibi vendicat pedes.* — *Nomen triginta litterarum admirabile.* — *Nox chaos generat.* — O. *Tibias in corpore possidet.* — *Octonatio prima, quæ omnium dicatur.* — O. *Caput possidet.* — *Oros virtus incomprehensibilis.* — O. *In corpore genua possidet.* — *Patricos ex homine, & Ecclesia.* — *Pectus ex quibus litteris compactum.* — *Pedes ex quibus litteris compagem, &c.* — V. *Collum regit in corporali constitutione.* — *Quinarius viscerum.* — P. *Fœmora habet in corpore.* —

R.

R. *Verenda regit in corpore.* — *Sacrificia non sanctificant.* — *Samuel serpentis nomen.* — *Serpens, qui & Nus.* — *Signis hominem nõ iustificari.* — *Simon iustus typus Demiurgi.* — T. *Regit ventrem in corpore.* — *Teletos Ecclesiæ datur, & homini.* — *Tetras primi veritatis.* — Th. *Fœmora regit in corpore.* — Z. *Vendicat sibi crura in corporali constitutione.* — *Zoe ab unigenito emissa.*

IOANNES Iacobus. *Linsius. Phil.*

IOANNES Iacobus Muterus. *Calvin.*

IOAN. Iacomotus.

Seu, *Iacomodus*, Poëta.

Scribebat *Lamentationes Ieremiæ*, & quędam *Cantica Sacra*, versibus lyricis, Genevæ, apud Iacobum Stoer, 1591. quæ permit. cum sua nota.

IOAN. Iacobus Herrenschmid.

Oetingensis Minister, & Superintendens in Rhetia. Theolog. Lutheran. Scribebat quædam Theologica, Norimber.

IOANNES Iacobus Schrekenfuscius.

IOAN. Iacobus Weckerus.

Basil. Medicus Colmariensis, Lutheran.

EIVSDEM *Medicinæ utriusque Syntaxis*, Editio vltima. Basil. per Sebastianum Henric. Petri, 1601.

Post appositam notam præscriptam Auctori, & operi, in prima libri facie, ibidem dele, *Singulari fide.* — In dedicatoria quæ incipit, *Quando mecum ipse*, &c. pag. 2. ad finem, dele, *Quidam enim verbo Dei, non acquiescentes, Christianam pietatem hominum traditionibus turpissimè defœdarunt.* — Deinde in carmine laudatorio operis, quod incipit, *Offert ecce tibi*, &c. adhibe in subscriptione, Nicolao Taurello Medico, Lutherano, notam damnati scriptoris. — Et in altero Iambico, quod sequitur, & incipit, *Inter stupenda*, &c. Similiter adhibe notam damnati scriptoris, Iacobo Hertelio Curiensi, Theolog. Luther. in subscriptione.

EIVSDEM *Practica Medicinæ generalis*, Ferrar. per Benedictum Mamarellũ 1589. — Post appositam notam, expunge elogium Weckeri compositũ à Iacobo Moccio Medico, fol. 6. & præterea carmen laudatorium Ionathę Mereri, Basiliensis, quod incipit, *Hunc librum præclare tibi*, &c.

EIVSDEM de *Secretis*, lib. XVII. ex variis Auctoribus Collecti. Basil. 1629. & antea Basil. 1582. & 1604. in quo opere multa insunt superstitiosa, ex Mizaldo, Porta, Wiero, Cardano, & alijs Auctoribus collecta.

Lib. 1. cap. 1. pag. 1. ante finem, post verba, *Annumeranda sunt*, dele duas lineas usque ad, *Multa nobis*, exclus. — Cap. pag. 12. quod inscribitur, *Trinum esse Deum &c.* deleatur totum. — Cap. 18. quod inscribitur, *Divina Trinitas*, pag. 14. post medium, ubi legitur, *Quid Deus ab æterno erit: se ipsum fecisse dicendum est*, corrige, *In se ipso fuisse Beatissimum dum est.* — Lib. 2. cap. 5. pag. 36. post medium, ubi legitur, *Inter miracula non censentur*, dele vocem, *Merito*, & insere post quatuor lineas, ubi legitur, *Fere tuenda sunt naturaliter*, dele vocem, *Naturaliter.* — Lib. 3. pag. 55. post medium, sub titulo, *Candela pavorem inducens*, dele totum §. constantem quatuor lineis. — In pag. 66. ad medium, dele titulum, *Homines videantur Angeli*, cum toto §. sequente constante sex lineis. — Lib. 4. pag. 78. lin. 6. à principio, post illa verba, *Respiscere cœperit*, sub titulo, *Ad amorem conciliandum*, post illa verba, *Augustinus, & Albertus*, dele reliquum, §. & duos item §§. sequentes usque ad titulum, *Ad augendam memoriam*, exclus. — Pag. 79. parum ab initio sub titulo, *Ad perpetuam sponsi*, &c. dele sex lineas sequentes, usque ad finem §. — Pag. 80. ad finem, dele titulum, *Ad ligatum maleficatos*, &c. dele integrum, §. cum quæ que sequentibus, usque ad titulum, *Dentes reddere*, exclus. in pag. 87. — Lib. 5. 89. c. 2. sub titulo, *Mors ut lenior reddatur*, post illa verba, *In promptu est*, deleies lineas sequentes, cum 2. sequẽtibus §§. ad titulum, *Oleum cum suo fœtore*, exclus. Pag. 92. col. 3. *Ad corporis robur*, &c. post illa verba, *Similis virtus est in Pelicano*, dele undecim lineas sequentes, usque ad finem capitis. — Pag. 94. sub titulo, *Ad Tertianas, & Quartanas*, dele integros duos §§. usque ad, *Quartanas bubulus unus.* — In 95. post initium, dele sex integros §§. qui inscribuntur, *Ad Quartanam*, usque ad, incipit, *Sunt Medica aliqua Solfegia*, exclusivè. — Pag. 96. post initium dele integros §§. qui inscribuntur, *Ad Quartanam, ad Febres, ad Tertianam, ad*

ab illo incluſ. qui incipit, *quando os hominis mortui*, &c. uſque ad illum, qui incipit, *Febris accenditur ſi cornuti*, &c. excluſ. — Lib. 5. p. 103. ante medium, dele titulum, *An victurus ſit æger*, uſque ad fin. §. — P. 107. poſt initium, dele duos §§. qui inſcribuntur, *Doloris capitis præcantatio*, & alterum qui ſequitur & incipit, *In olea mirabile eſt*, &c. — Pag. 110. poſt medium, dele titulum, *ad Epilepſiam*, cum ſex §§. ſequent. — Pag. 111. ad finem ſub titul. *Medicamentum Regis Daniæ*, dele 4. priores lin. uſque ad, *Deinde accipito*, excluſ. — Pag. 112. ſub titulo, *ad Comitiales*, in med. poſt illa verba, *In unctionem liberentur*, dele 6. lin. ſequent. uſque ad, *Rinaldus*, excl. — Inferius in ead. pag. dele titulum, *Comitialis morbi præcantatio*, dele integrum §. conſtantem tribus lineis. — Pag. 115. dele titulum, *Sanguis ut cohibeatur præcantatio*, dele integrum §. cõſtantem 12. lin. — Pag. 136. poſt initium dele, ſub titulo, *Vt mulieres fiant ſteriles*, 8. integros §§. uſque ad titulum, *Conceptũ iuuantia*, excluſ. — Pagin. 137. dele titulum, *Abortum prohibentia*, cum toto §. & 3. lin. — Pag. 138. poſt medium, ſub titulo, *Ad partus facilitandos*, dele 3. §§. uſque ad, 2. *movendas*, excluſ. — Pag. 157. dele titulum & §§. duos *ad verucas*, & inferius alium 3. §. *ad verucas*, qui incipit, *Nulla in parte medicina*, &c. — Pag. 179. dele titulum, & §. *Vinum ne pervertatur præcantatio*. — Pagin. 194. poſt medium, dele titulum & §§. duos, *Vt mulier virum ſuum*, &c. *Vt mulier viro ſuo*, &c. — Pag. 198. ad fin. ſub titulo, *ad ligum*, dele 3. integros §§. ſeq. — P. 199. poſt med. dele 2. titul. & §. *Homines & mulieres ligare*, &c. *Mulier ut alium virum*, &c. — Pag. 200. poſt initiũ, dele 3. titul. & §§. *Ne quis illicita*, &c. *an mulier ſit caſta*, &c. *Vt mulier cum alio adulterare*, &c. — Pag. 204. dele duos titul. & §§. *Somnia tumultuoſa*, &c. *In ſomnia mala*, &c. — Lib. 6. cap. 6. ſub titul. *Vt oves aliquem ſequantur*, dele §. conſtantem 2. lin. — Lib. 8. cap. 3. *De ſecretis columbarum*, pag. 269. poſt init. ſub titul. *Vt multiplicentur columbæ*, dele §. conſtantem 4. lin. — Lib. 10. cap. 1. *De ſecretis Metallorum*, pag. 343. dele titul. & §. integrum, qui inſcribitur, *Theſaurorum inuentio*, per 30. lin. — Lib. 11. c. 1. p. 428. ad fin. è regione titul. *De Gemmarum viribus & imaginibus*, uſque ad cap. 2. ſcribe in margine, *Pleraque hæc ſunt ſuperſtitioſa*. — Cap. 6. ſub titul. *Turcheſio Lapis*, dele priores 4. lin. uſque ad, *Lapis hic calore cœli*, excluſ. — Cap. 9. p. 448. ad fin. ſub titul. *Buſonis lapidis proba*, dele integrum §. conſtantem 5. lin.

Lib. 12. cap. 2. *De ſecretis horti*, p. 457. initio dele 2. §§. ſub titul. *Auxilium adverſus mala*, &c. *Ad tuendos hortos*, &c. — In fine eiuſdem pag. ſub titul. *Adverſus tonitrua*, poſt illa verba, *Nequaquam à fulmine tanguntur*, dele 9. lin. uſque ad fin. §§. cum alijs tribus §§. uſq; ad initium pag. 459. — Vbi etiam, dele §. *Adverſus grandinẽ irruẽtem*, cum toto §. & ſequent. §. qui inſcribitur, *Aliter*, conſtantem 17. lin. — Et pag. 460. ad med. ſub titul. *Smegma ad omnis generis maculas*, dele duos §§. ſeq. uſque ad, *Aliud, Accipe, Smegmatis albi, raſi*, &c. excluſ. — Lib. 13. *De ſecretis Meteororum*, c. 11. pag. 481. ſub tit. *Adverſus tempeſtates*, dele totum §. conſtantem 14. lin. — Lib. 15. c. 1. quod inſcribitur, *Qua ratione Deo coniungamur*. — Pag. 505. ad fin. poſt illa verba, *Eſt regeneratio Theologis*, dele 10. lin. uſque ad fin. cap. — Cap. 3. pag. 508. poſt med. dele integrum cap. 3. *Vt boni dæmones nobis concilientur*. — Cum integro etiam cap. 4. ſeq. *Vt vinciantur mali ſpiritus*, uſque ad, *Apparatus ad artem Magicam*, c. 5. in p. 510. excluſ. — Cap. 10. *De Goetia Nicomantrica*, pag. 518. & poſt illa verba, *Super terram extiterint*, dele ſeq. uſque ad fin. cap. — Cap. 22. p. 544. *De Dæmoniacis*, dele integrum caput, ex Philippo Melanchthone, quod finitur in pag. 545. — P. 547. c. 24. *Quibus verbis ſtupor, ac taciturnitas in tormentis*, &c. dele priores 24. lin. uſque ad, *licèt enim*, initio pag. 548. excluſ. — Cap. 25. *Dæmon ut reſponſum dare videatur*, dele integrum §. — Cap. 30. *De Auguriis*, c. 554. dele totum per tria fol. uſq; ad c. 31. *De ſecretis Geometricis*, excluſ. in pag. 566. — P. 576. c. 24. *De ſecretis Aſtrologicis, de Caniculæ ortu*, &c. delenda in iſto capit. quæ pendent ex libera hominis voluntate, & merè ſunt contingentia, videlicet, *Orietur tumultus, & cædes. — Continget incurſus gentis in aliam gentem. — Regis motus. — In populo tumultus. — Sacerdotum tumultus. — Exercituum motus. — Morietur Rex. — Rex deficiet.* — Et *exercitus movebuntur*. — Pagin. 581. *De ſecretis ad pacem pertinentibus*, cap. 1. dele integrum cum tit. *Vt cui, non niſi pacifica contingant*. — Lib. 17. p. 646. ad fin. ſub tit. *Ludicrum de canibus*, dele totum per 7. lin. — P. 651. ad fin. poſt tit. *Mulieribus lotium compeſcere*, dele 7. integros §§. ſeq. uſque ad, *Ludi*

adversus convivas, exclus. in pag. 653. — Pag. 655. dele titul. cum toto §. *Furtum cognoscere.* — Pag. 661. ad medium, dele tit. & §. *Mulier ut omnia narrat.* &c. — Pagin. 663. dele titul. cum toto §. *In strato hominis, ut apparent*, &c. — Pag. 665. dele tit. cum §. *An mulier sit adultera*, &c. — Pag. 666. dele titul. cum toto §. *Vt mulier confiteatur*, &c. — P. 667. dele tit. cum toto §. *Ad furem dignoscendum*, & similes etiam titulos expediet delere in Indice.

IOANNES Iaenius Brandeburgensis.

IOAN. Idenius.

IOANNES Iezlerus Scaphusianus.

Theolog. Calvinista, Gallus.

IOANNES de Indagine.

Non ille Carthusianus, sed alius, *Ioannes Hagius ab Indagine*, & Superintendens Egranus, qui scripsit, *Symbola magnorũ Principum*, rithmis Germanicis, Norimbergæ, 1569. Et quædam etiam *Chiromantica*, & *Physiognomica*, *ex aspectu faciei*, & *membrorum hominis*, & *Canones Astrologicos*. Argentorati apud Ioannem Schotum, 1534. & Lugduni, 1556. & Argentinæ apud Zetznerum, 1603.

IOANNES Ingolsteherus.

Seu, *Ingonlstetterus*, Medicus, Germ. Luth.

IOANNES Ioge.

Anglus Bedfordiensis Luther.

IOANNES Irenæus.

IOANNES Isacius Pontanus.

Seu, *Ioann. Isaac Pont.* Dano-Belga, Professor, Gelricus Hardervici Historicus, & Polilogus, Lutheranus.

EIVS *Disceptationes Chorographicæ de Rheni divortijs, atque ostijs, eorumque accolis populis.* Amstelrodami, ex officina Henrici Laurentij, ann. 1614.

Pag. 10. post med. & post illa verba, *intueri liceat*, dele sedecim lineas, usque ad ea verba, *quapropter quod superest*, excl. in pag. 11. — Cap. 49. pag. 216. ante med. post ea verba, *ingruerunt tempora*, dele tredecim lin. usque ad, *qui eam opinionem*, exclus.

EIVSDEM *Originum Franciscarum*, libri sex, Hardervici, ex officina Thomæ Henrici, 1616.

Adhibe initio solitam notam. — In Elscho librorum, & capitum lib. 6. in Summario cap. 4. dele extrema illa verba, *eius instituti origo*, & *error*. Dele item integra Summaria c. 5. 6. 7. — Lib. 2. c. 4. p. 114. post med. dele & in textu, & in margine nomen & laudes *Caroli Molinæi*. — Et c. 7. p. 134. & 135. dele nomen, *Melancthonis*. — Lib. 6. c. 1. p. 411. post med. ad marginem, ubi referuntur positiones Godescalchi, adhibe notam, *Cautè legendum hinc usque ad capitis*, & *quod historicum est, ex alterius errore, vel positione referendum, nam quæ repugnant veritati*, & *Catholicæ Thomæ si ex suo scriptoris sensu dicerentur.* — Et 3 pag. 422. post med. post illa verba, *pietissimum virum*, dele 3. lin. usque ad illud, *ut certò hinc*, excl. — Et p. seq. ante med. lin. 11. dele illa verba, *Romanum fidebant*, dele 2. lin. usque ad, *ad modum Romulæ*, exclus. — Et p. 426. ante finem, post illa verba, *Hieronymus Basilicas*, dele lineam, usque ad illud, *verba sunt eius*, exclus. — Et sequenti p. 428. ad med. post illa verba, *obtinuit*, dele 3. lin. usque ad illud, *Redditus*, & *opes*, excl. — Cap. 4. p. 428. in capitis Summario dele, *eius instituti origo*, & *error*. — Et pagin. 430. ad medium, post ea verba, *capite*, & *non velato*, dele quindecim lineas, usque ad illud, *sanè Augustini temporibus*. — Et pag. 431. lin. 10. à principio post illa verba, *virginem illam permittit*, dele lineam, usque ad, *notat Aurelius*, exclus. — Cap. 5. quod incipit 432. usque ad 44[illegible] cum ipso Summario capitis totum expurgendum omninò. — Sicut etiam cap. 6. cum suo item Summario, quod incipit pag. 44[illegible] & excurrit usque ad 451. — Similiter & cap. 7. cum Summario à pag. 451. usque ad 457. — Cap. 8. pag. 457. in fine, post illa verba lineæ penultimæ, dele lineam ultimam, & tres alias sequentes, in p. 458. usque ad, *eique firmandæ*, exclus. — Et pag. 46[illegible] post illa verba, *protervia peccabatur*, & decem priores lineas, usque ad, *ipsum Tullianum huc adducam*, exclus. — Et in fine capitis, & paginæ, post illa verba, *[illegible] nunc sunt*, dele 5. lin. usque ad finem capitis. — Cap. 9. pag. 463. post medium, & post illa verba, *Fuit ac mansit*, dele usque ad penultimam paginæ lineam, & illa verba, *Hieronymus præsertim*, exclus. — Ex Indice, dele, *Melancthon*.

EIVSDEM

EIVSDEM Isacij Pontani *in Macrobium, & in somnium Scipionis castigationes*, sivè notæ, Lugduni Batavorum, 1597. Accedùt notæ breviores Ioan. Meursij.

Ioan. Isacio Pontano, affige notam damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permissi. — Post Epistolam dedicatoriam, ex Epigrammatis in Pontanum, expunge immodesta illius Elogia, tum præterea illorũ auctoribus, Iosepho Scaligero, Petro Bertio, Douzę F. Raphelengio, Petro Scriverio, Hugeiano Grotio, quippè Sectarijs, adhibe notam solitam.

Sequuntur *Ioannis Meursij breviores notæ*, cui affige notam præscriptam damnati Auctoris, & permissi operis.

EIVSDEM *in Senecam notæ*, & emendationes. Amsterlodami apud Ioannem Iansonium, 1619. permittuntur adhibita solita nota.

EIVSDEM *in Senecam Tragicum animadversiones*, sive notæ, cum prolegomeno de auctoribus Tragædiarũ, Lugduni Batavorum, apud Ioan. Maire 1621. permittuntur, apposita nota solita. In Præfatione verò ad Scriverium, hominem damnatæ memoriæ, dele immodicos eius honores.

EIVSDEM *Animadvertenda*, & adijcienda suis Isacij Pontani notis, vide in Petro Scriverio.

EIVSDEM in Macrobij opera, *Recensio, castigationes sive notæ*. Lugduni Batavorum, apud Rapheleng. 1597.

In prima libri facie, post *Ioannes Isacius Pontanus*, adde, *Auctor damnatus, opus permissum*. — Et post, *Ioannis Meursij breviores notæ*, adde item, *Auctoris damnati opus permissum*. — In prævijs Epigrammatis I. Scaligeri, Bertij Douzæ, & aliorum Sectariorum, appone notam damnati Scriptoris.

EIVSDEM tractatus, *De globis cælesti, & terrestri*, locupletatus, illustratus, & auctus, Amsterlodami, excudebat Hĕricus Hondius, 1624. permittitur apposita nota.

EIVSDEM *Historia Vrbis, & rerum Amsterodamensium*, prohibetur.

EIVSDEM *in Persium notationes*, permittuntur adhibita nota.

EIVSDEM quædam *Poëmata*, vide Tom. 5. Deliciarum Germanicarum.

IOANNES Iudex.

Germ. Theolog. & Poëta, & Concionator Aulicus, Oldeburg. Luther.

IOANNES Ivellus.

Anglus, Sarisburiensis, Pseudo-Episcopus, Lutheran.

IOANNES Iungmavus. *Phil.*

IOAN. Kaufmannus.

Seu, *Kaufmannus*. German. Theol. Luther. August. confess.

IOAN. Kenerus.

German. Theolog. Lutheran.

IOAN. Kentmanus.

Desdrensis, Germanus, Philosophus, & Medicus Lutheranus.

EIVS liber, *Nomenclatura rerum fossilium*, quæ in Misnia præcipuè inveniuntur, &c. vide in Conrado Gesnero 1. Classf. — Et similiter eiusdem *Calculorum qui in corpore, ac membris hominum innascuntur*, &c. Tiguri 1565. — Eiusdem *Observationes stirpium*, &, *Nomenclatura sexcẽtarum herbarum*, Tiguri, apud Gesneros fratres. — Item, *de Peste*, Germanicè, Dresdæ, per Nicol. Wolrab. 1553. & Wittemb. 1568. permittuntur adhibitis suis notis.

IOAN. Keplerus. *German.*

EIVS *De vero anno, quo æternus Dei Filius humanam naturam assumpsit*. Francof. typis Ioannis Bringeri 1614.

Post adhibitam notam Auctoris damnati, & operis cũ expurgatione permissi. — Cap. 11. quod est, *de censu Quirini*, p. 115. lin. 8. ab initio, dele, *non rectè versum*. — E in ferius, post 9. lineas, dele, *iustamque deprehensam amplectere*. — Et pagin. 116. post med. in linea, quæ incipit, *debebat immolari*, dele, *incommode*. — Et in eadem, dele, *verti debet*. — Et linea ultima, post illud, *locum Luc* 2. dele usque ad quartam lineam paginę sequentis, pagin. 117. & illa verba, *non enim tradit*, exclus.

Cap. 13. pagin. 130. lin. 8. ab initio, post illa verba, *Ex professo non agit*, dele, *eiusque textus omnes apices mordicus arripere*.

EIVSDEM ad *Epistolam Sethi Calvisij responsio*. Francofurt. apud Godofredum Tampachium, 1614.

Post appositam notam Auctori, & operi cum expurgatione permissi. — Pagin. 4. quæ est secũda Epistolę Kepleri ad Calvisium, lin. 4. ab initio, dele vocem, *Eccesias*. — Cap. 5. lin. 8. ab initio, dele, *eoque minus accurato*. — Pagina 12. lin. 9. à fine, post illa verba, *Esse annorum* 30. dele duas

lineas, usque ad, *Vbi agere triceſimum*, excluſivè.

EIVSDEM *Eclogæ Chronicæ*, ex epiſtolis aliquot, *&c.* Francofurti, typis Ioannis Bringeri, 1605.

Appoſita ſimili nota, quæ ſuperioribus libris iuncta eſt, permittitur.

EIVSDEM *Diſſertatio cum Nuncio Sydereo.* Pragæ, typis Danielis Sedeſſani, 1610. Permittitur appoſita nota.

EIVSDEM *De ſtella nova in pede ſerpentarij*, &c. acceſſerunt. *De ſtella incognita Cygni*, &, *de Ieſu Chriſti anno natalitio, conſideratio ſententiæ Laurētij Susligæ*, &c. Pragæ, typis Pauli Seſſi, 1606. quæ permittitur appoſita nota.

EIVSDEM *De ſtella tertij Sonoris in Cygno.* Pragæ, ex typographia Pauli Seſij, 1606. ſimiliter permittitur.

EIVSDEM *De ſtella nova in pede Serpentarij*, pars altera, *&c.* Francofurti, 1606.

Apponatur nota ſuperior, & ſequens expurgatio. — Cap. 30. pag. 205. poſt octo lineas à principio, & poſt illa verba, *Penitus acceſſerunt*, dele reliquum pag. uſque ad dimidium pag. ſequentis, & §. qui incipit *In genere, omnes hodiernas*, excl. — Et deinde p. 805. ante medium, poſt illa verba, *hæc Acoſtus*, dele reliquum pag. uſque ad initiū pag. ſequentis, & in hac pag. 208. §. qui incipit, *quod ſicut ſtellam*, dele totum uſque ad finem pag. ſequentis 209.

EIVSDEM *De Ieſu Chriſti Servatoris vero anno natalitio conſideratio.* Francofurti, in officina typographica Wolphangi Richteri, 1606. permittitur appoſita nota.

EIVSDEM *ad Vitellionem Paralipomena, quibus Aſtronomiæ pars Optica traditur*, Francofurti, apud Claudium Marnium, 1604. permittitur, poſt appoſitam notam Auctori & operi.

EIVSDEM, *nova Steriometria, & Archimedes ſupplementum.* Lincij, excudebat Ioannes Plancus, 1615. permittitur appoſita ſolita nota.

EIVSDEM *Harmonices mundi*, libri quinque Lincij Auſtriæ, excudebat Ioannes Plancus 1619.

Ex Epiſtola ad Iacobum Regem, ex inſcriptione, dele, *Fidei defenſorem.* — Et lin. 13. dele, *diviniſſimorum ſtudiorum.* — Et pag. 3. eiuſdem Epiſtolæ, poſt medium, dele, *Fidei defenſor inter Chriſti Fideles.*

EIVSDEM *Tabulæ Rudolphinæ.* Vlmæ, apud Ioannem Saurium, 1627. permittuntur. Appoſita nota Ioanni Keplero.

EIVSDEM *Aſtronomia nova, ſeu Physica cœleſtis, de motibus ſtellæ Martis.* Anno Era Dionyſiæ 1609.

Poſt adhibitam ſolitam notam Keplero, in prima libri facie, in averſa pagina adhibe, *Petro Ramo* notam Auctoris damnati.

EIVSDEM, *Epitome Aſtronomiæ Copernicanæ*, Leutijs ad Danubium, excudebat Ioannes Plancus, anno 1618. permittitur cum nota Auctoris & operis.

EIVSDEM, *De Cometis, libri tres*, Augustæ, typis Andreæ Apergerij, 1619. permittuntur cum ſimili nota.

EIVSDEM *Strena*, ſive, *de nive ſexangula.* Francofurti apud Godefridum Tampachium, 1611. permittitur poſt appoſitam notam.

EIVSDEM *Chilias logarithmorum* [illegible] purgi, typis Caſparis Chemlini 1624. permittitur poſt appoſitam notam, *&c.*

EIVSDEM *Phenomenon ſingulare*, ſive, *Mercurius in Sole*, cum digreſſione de cauſis, *cur Dionyſius minus iuſto à Natiuitate Chriſti numerare docuerit.* Lipſiæ, 1609.

Poſt Auctoris & operis appoſitam notam in epiſtola dedicatoria, quæ incipit, *Illuſtriſſime Princeps*, dele lineas 6. & *Sanctiſſimæ memoriæ.*

EIVSDEM *Apologia pro ſuo opere, Harmonices mundi.* Francofurti, ſumptibus Godefridi Tampachij, 1622. Adſcribenda ſolita nota Auctori & operi.

EIVSDEM *Prodromus diſſertationum Cosmographicarum*, continens myſterium Cosmographicū, cui addita eſt, *Narratio Georgij Ioachimi Rhetici*, de *libris Revolutionum Copernici.* Francofurti, typis Eraſmi Kempferi 1621.

In prima libri facie adſcribenda nota damnati Auctoris, tum Keplero, tum Ioachimo Rhetico. Atque iterum pag. 89. in §. qui incipit, *Narratio Rhetici*, iterum inurēda nota. — Pag. 90. in Præfatione, quæ incipit, *Rectè à Platone*, quę eſt Michaëlis Mæstlini, affige notam Auctoris damnati. — Pagin. 94. in epiſtola, quæ incipit, *Emitto ad te*, appone ſimilem notam Achillis Gaſſari Lindevienſi. — Et pagin. 149. eādem adige Michaëli Meſtlino in appendicem narrationem Rhetici.

EIVSDEM *Dioptrice*, ſeu demonſtrationum eorum, quæ viſui, & viſibilibus propter conſpicilla non ita pridem inventa accidunt. Auguſtæ Vindelicor. typis Davidis Franci, 1611.

Pe-

Permittitur apposita Auctoris nota, & permissione operis.

Ioan. Kirchmannus.

Lubecensis. Philol. & Historicus.

Eius *De Funeribus Romanorum*, libri quatuor. Hamburgi, ex Bibliopolio Frobeniano, 1605.

Post præfixam in prima libri facie notâ damnati Auctoris & operis cum expurgatione permissi.

In omnibus laudatoriis epigrammatis, expunge epitheta honorifica auctoris, & præterea appone notas damnatorũ scriptorum Georgio Remo, Conrado Rittershusio, Iano Grutero, Davidi Hoeschelio, Michaëli Piccarto. — Lib. 2. pag. 177. cap. 9. in Summario, ubi legitur, *Isidori in eius Etymologia investiganda ridiculum acumen*, dele *ridiculum*. — Pag. 178. ante medium, post illa verba, *mortuum portat*, dele duas lineas, usque ad, *Pheretium*, exclus. — Lib. 4. cap. 4. pag. 585. a medio post illa verba, *Invita Aug.* cap. 98. dele usque ad, *quam consuetudinem*, exclus. — Pag. 116. in 1. lin. dele vocem, *Divinus*, in Scaligero. — Et pag. 117. *Omni laude maior*, in Casaubono. — P. 580. lin. 1. dele iterum vocem, *Divinus*. — Pag. 19. post medium, post verba illa, *de hac igitur*, dele usque ad, *Isaaci Casauboni*, exclus.

Ioan. à Kitlitz.

German. Theolog. Luthero-Zuingl.

Ioan. Kleinavus.

Ioan. Knafelius.

Crainburgensis, Carniolanus, Collega Argentoratensis. Vide, *Collegium Argentoratense*, 3. Classf.

Ioan. Kneustobtus.

Ioan. Knoblochus.

Ioan. Knoxus.

Seu, *Knoox*, Scot. Luth. Minister Dunelmensis. Scribebat *de Eucharistia*, *contra Missam*, ad Sectarios Francofordienses, & Genevenses.

Ioan. Kuchlinus.

German. ex Wettera Hassiæ. Theol. Luthero-Calvino-Gomarista, Minister Tackenhemius, & Amstelodamensis, Professor Leydensis.

Ioan. Kutzelius. *I. C.*

Ioan. de Laet.

Leidensis, ex Auctoribus Synodi Dordrechtanæ.

Ioan. Lalamantius.

Seu, *Lalemantius*. Philosophus, Medicus, Polilogus, & Historicus apud Augustodonum Hidriorum.

Eius *in Hippocratem*, de hominis ætate, & alia Opuscula. Genevæ, 1571. — Eiusdem *recognitio Galeni*, Genevæ, 1574. — Item eiusdem, *Exterarum ferè omnium*, & *præcipuarum Gentium*, anni ratio, & cum Romano collatio. Genevę, apud Crispinũ, 1571. permittuntur, adhibitis suis notis.

Ioan. Lambert.

Alias *Nicols*, Anglus, Nordovolgius, Theologus, Lutheranus. Londini exustus est ann. 1538.

Ioan. Lampadius.

Theolog. Calvino-Zuingl.

Ioan. Langermannus.

Monasterienſis, Lutheran.

Ioan. Langius Lembergius.

Medicus, Physicus, & Chirurgus. Germanus, Lutheranus.

Eius *Epistolarum Medicinalium*, volumẽ tripartitum, denuo recognitum, &c. Francofurt. apud hæredes Andreæ Wecheli, 1589. & Hanovię, 1589. & 1605. & antea Basileæ apud Oporinum, 1554. 1560.

In prima operis inscriptione, post illud, *Electorum archiatri*, adde, *Auctoris damnati*. Et post illud, *sui parte auctum*, dele usq; ad, *cum indice rerum*, exclusivè. Et in locũ expunctorum, substitue *prohibitum, cum expurgatione tamen permissum*. — Post inscriptionem pag. sequẽti, expungatur Poëma M. Martini Prætorij ad Georgiũ Wirthium, cuius initium, *Quantum promeruit*, &c. cum inscriptione, & subscriptione. — Sicut & Præfatio Nicolai Reusneri ad eundem Wirth, quæ incipit, *Quemadmodũ omnes*, &c. — Et similiter Carmẽ in effigiẽ Ioannis Langij, quod incipit, *Hac facie spectandus eras*, &c. cum inscriptione, & subscriptione, & cum duobus versibus subiectis.

Libro 1. Epistola 71. pagin. 419. ante medium, post illud, *controversia eius cum Monachis*, dele usque ad, *per Iudicem, aut Cæsarem*, exclus. — Et à medio eiusdem paginæ, post illud, *docti & boni viri*, dele usque ad, *huius mortem deplorant*, exclus. — Deinde post illud, *quos tamen, & tua*, dele usque ad, *eruditio non vulgaris*, exclus. — Ibidem dele notam marginalem, *Melanchthon.* &c. — Libro 2. Epistola 3. pagin. 561. à medio, post illud, *Tiguri uterq; Gesneræ*, dele usque ad, *qui sanè Princeps eximie*, exclus. — Epistola 9. pagin. 595. ante medium, dele notam marginalem, *Videant Monachi Franciscani*, &c. — Epistola 28. pagin. 685. in tit. epistolæ, dele, *ad Philippum Melanchthon.* — Deinde dele ab initio epistol. usque ad illud, initio sequentis paginæ, *naturam ventriculorum ita diversimode*, exclus. — Et ibidem delendum, *Philippi* nomen, quod bis in eadem epistol. occurrit. — Epist. 43. pagin. 758. ad finem, post illud, *igitur nobis assidebat*, dele usque ad, *Hartmannus, qui esculenta*, exclus. — Lib. 3. epist. 6. pagin. 1006. à medio, post illud, *sed æthereo quoque spiritu*, dele usque ad, *constet, amboque, &c.* exclus. — Ibidem, dele notam marginalem, *Anima cælitus per orbes, &c.* — Eadem epistol. pag. 1027. ante medium, post illud, *ac Moli viribus poterant*, dele usque ad, *accipe locuples*, exclus. — Eadem epistola pagin. 1034. in fine, ibi, *Agyrtas, Monachos, apostatas*, dele, *Monachos.* — Eadem epistola pag. 1036. initio, ibi, *Ad vestri illi seplasiarij, Monachi, agyrtæ*, dele, *Monachi.* — Et pagin. 1049. quæ per errorem est 1949. ante medium, post illud, *superstitiones repullulare*, dele usque ad, *olim Ethnici tædas*, excl. — Et à medio eiusdem pagin. post illud, *Parutas Hynizon*, dele usque ad illud paginæ seq. sub initium, *Hos impios cæremoniarum*, exclusivè. — Eadem pagin. expungantur tres notæ marginales. Prima, *Superstitiosa herbarum consecratio*, secunda, *Aquæ consecratæ ex Ethnicorum, &c.* tertia, *Sepulchrorum cum aqua consecrata*, &c. — Eadem epistola pagin. 1050. à medio, post illud, *Eorum corpora expiabantur*, dele omnia, cum notis etiam marginalibus, usque ad illud initio pagin. 1054. *Ad hæc Averbachius Philalethes*, exclusivè. — Eadem Epistola, pagin. 1055. à medio, post illud, *At cum ignavum*, dele usque ad, *Iudæorum, & Agyrtarum*, exclusivè. — Ibidem expunge marginis notam, *Sacerdotes ut fuci, &c.* — Et in fine eiusdem pag. ibi, *Et pro eis Mona... anus fatidicæ*, dele, *Monachi.*

Ex Indice expungantur, *Monachorum litteras odium*, &c. — *Monachorum ... avaritia*, &c. — *Philippi Melanchthon ... muli*, &c. — *Et Sacerdotes fuci.*

Item eiusdem, *Medicum de repub. ... posium.* — Eiusdem *Oratio, de Laude ... rarum.* Permit. cum sua nota. — *... opera Chirurgica*, vide, *Chirurgia, ... Cl...*

Ioannes Langus Silesius.

Germanus, & Regius Consiliarius, ... logus, Lutheranus.

Eivs, *in D. Iustini Philosophi ... tyrus opera*, Basileæ, per Ambrosium Aurbium Frobenios, 1595. ut in fine ... tur.

Post adhibitam notam prescriptam ... ctoris, & operis, expungenda tota *Epist...* nuncupatoria, quæ incipit, *Illustrium illa ... vas Domini.*

Tom. 1. ex Annotationibus, *in Orationem Iustini ad Antoninum*, deleatur omnia, quæ de Sacramento Eucharistiæ scribit, pag. 179. post §. *Deinde, ei qui fratribus*, ... ab illis verbis, *huiusmodi oblationem pan... & vini*, usque ad finem orationis, in pagin. 199. paulò ante, *Adriani pro Christianis rescriptum.*

Tom. 2. ex Annotationibus, *in Dialogum cum Tryphone*, pagin. 67. post §. *Profer... vobis*, ab illis verbis, *gloria scilicet relata* dele usque ad §. *Quia honorificatur nomen meum*, exclusivè. — In eisdem Annotationibus, pagin. 107. §. *Et Trypho, Proba ... quit*, deleatur marginalis, *Ad Scripturam sacram omnia sunt referenda in disputationibus Theologicis.*

Eivsdem *Scholia in Nicephori Callisti Ecclesiasticæ Historiæ*, libros 18. Basileæ per Ioannem Oporinum, 1553. & 1560. ... in fine notatur.

In ipsa libri inscriptione, post nomen *Langi*, adde, *Auctoris damnati.* — Pagina 17. in Epistola Ioannis Langi ad Ioannem Oporinum, post illa verba, *fortasse enim ipse*, dele usque ad illa, *deprehendisti*, vel-clusivè. — Pagina 18. in Carmine, cuius est, *Ad æternam sapientiam*, &c. & incipit, *Aurea in æterno sapientia*, &c. post versum, *Nos alit æterno nectare, & Ambro...* dele usque ad versum, *Magnanimi augusti Ferdinandi*, &c. exclusivè. — In dedicatione operis eiusdem Nicephori, pagin. ... pun...

principio, dele notam marginalem, *Decretum eius Synodi*, &c. — Libro 4. cap. 8. pagina 182. ante medium, dele notam marginalem, *De Cœlibatu locus notandus.* — Ibidem in Scholio, post illa verba, *fœdam libidinem*, dele usque ad illa, *iuvenibus nuptias*, exclusivè. — Cap. 18. pag. 193. ad finem, in nota marginali, *Alcibiades Martyr*, &c. dele, *exemplum memorabile.* — Libro 8. cap. 17. pagin. 330. ad initium, dele notam marginalem, *Imperator Synodo præsidens.* — Libro 12. cap. 15. pagin. 606. post medium, dele notam marginalem, *Imperator Synodo huic*, &c. & sequentem, quę incipit, *Idem hæreticorum*, &c. usque ad aliam tertiam, quæ incipit, *Hæretici disputationibus*, exclus.

Eivsdem Commentaria, *in librum Aristotelis de Mundi fabrica*, Francof. 1600. Permittitur, apposita nota præscripta Auctoris, & operis.

Ioannes Langus.

Vollenhovianus ex Auctoribus conciliabuli Dordrechtani.

Ioan. à Lavuich.

Deputatus, & subscriptor in conciliabulo Dordrechtano.

Ioan. Lanius.

Poëta, Germanus, Lutheranus.

Eivs *Anagrammatis morum Centuriæ duæ.* Marpurgi, apud Ketzelium, 1606. Permittuntur, cum nota Auctoris & operis.

Ioan. Lapæus.

German. Einbeccensis, Lutheranus.

Ioan. Lasicius.

Seu, *Lasitzkus*, Polonus, Theologus Luth. & Historicus, qui Historiam de Russorum, Moscovitarum, & Tartarorũ religione collegit, & ex variis Auctoribus Latinam fecit, sed totam suis additionibus, & Lutheranis erroribus fœdavit. Spiræ, Veterum Nemetum, excudebat Bernardus D'Albanus 1582. quę perpetuo prohibetur.

Sed notandum, ea opuscula minora, quę in eodẽ volumine circum-feruntur videlicet, *Elucidarius errorum*, *Ritus Ruthenici*, Ioannis Sacrani Cracovienſis Canonici, cum appendice, *de erroribus Moscorum.* — Item, *Opusculum Alexandri Guagnini, de Religione Moscovitarum.* — Item quædam *De Livonia*, Borussis, &, *Conditiones pacis*, &, *Oratio ad Stephanum Regem*, non esse prohibita, si adhibeatur solita nota.

Ioan. à Lasko,

Seu, *de Laso.* Polonus, Luth. Theol.

Ioan. Lathman.

Ioan. Lauterbachin.

Seu, *Noscouvitz Luterbachius*, seu, *Ioann. Lauterbachius*, *Silesius*, I. C. Germanus, Philosophus, Historicus, Polilogus, & Poëta, Politicus.

Eivs quædam *Poëmata*, vide tom. 3. Deliciarum Germanicarum.

Ioan. Lauterbachius.

Seu, *Lauterbach*, seu, *Lauterbachin.* Theol. Lutheran. August. confess.

Ioan. Leonardus Sartorius.

Ioan. Leonis Nardi.

Fortè idem, qui *Ioannes Leo Africanus*, qui scripsit *de Lege Mahometana*, &, *descriptionem Africæ.* Antverpiæ, apud Ioannẽ Latium, & Tiguri apud Gesneri fratres.

Ioan. Lerius, *de Lery.*

Margelensis, Burgundus, Gallus, Historicus, Calvinista.

Eivs *Historia navigationis in Brasiliam*, &c. vide in *Americæ parte* 3. ad finem, 3. Class.

Ioan. Leunclavius.

Seu, *Leunclarius*, seu, *Leunclaius*, seu, *Leuncleius*, seu, *Leuvenkalius.* Germanus, Amelburnus, Historicus, Poëta, Luth.

Eivs *in Dionis Casij historiam Romanam Notæ.* Francof. 1592.

Post privilegium Cæsareum, dele Carmen in laudem Leunclavij, cũ inscriptione, quod incipit, *Omnes per Europæ.* — In præfatione ad Dionem pagin. 6. à medio, post illud, *Romana donavit*, dele usque ad, *Guilielmus ille*, exclusivè. — Ibidem pagin. 7. ante medium, post illud, *Minimè censui*, dele usque ad, *si quid à Xylandro*, exclus. — Pagina 8. initio, post illud, *Inopiæ Xylandri*, dele usque ad, *tribuo quem*, exclus. — In Notis ad lib. 35. pag. 1012. in med. §. *Multa profert idem*, post illud, *quæ Xylandri*, dele usque ad, *debentur*, & pro,

Xylandri, scribe, *Xylandro*. — Ad lib. 69. pag. 1043. ante medium, §. *Inest vitium ijs*, post illud, *Septem viro Principi à Consilijs*, dele usque ad, *Auctor fuit*, exclus. — Post Notas, pagella ultima, fol. 1048. ante Indicem, post illud, *Frid. Sylburgij*, dele usque ad dictionem, *Quos*, exclusivè. & post dictionem, *Quos*, dele usque ad, *Communicavit*, exclus.

EIVSDEM in *Xenophontis opera Græco-Latina*, in duos tomos divisa, illustrata insuper cũ notis *Æmilij Porti*, &c. Francof. apud Andreæ Wechelij hæredes, 1596.

In prima operis inscriptione, apponẽda nota damnati Auctoris Ioanni Leunclavio, & Æmilio Porto. — Et in Epistola dedicatoria, quę est Friderici Sylburgij, auctoris quoque damnati, ad Carolum Serotinum, cuius initium est, *Grave sanè accidit, humano ingenio*, &c. expunge ab initio Epist. usque ad illud pag. seq. ad medium, viginti circiter lineas, *Magnæ quædam*, exclus. — Deinde deleatur Oda de obitu Ioannis Leunclavij, quæ incipit, *Quære me ruptas*, &c. — Item epigramma Marquardi Freheri, cuius initium, *Sic fugis*, &c. item aliud Græcum.

In Glossis in Xenophontem p. 1013. in Titulo Glossarum, post illud, *Henricus Stephanus*, adde, *Auctor damnatus*. Et post illud, *Esse somniavit*, adde, *Permissæ tamen cum expurgatione*.

Ex Ioan. Leunclavij Notatorum lib. 1. col. 1020. in tit. *Notatorum*, dele verba illa, *Elegantiæ variæ plenus*. — Ad lib. 2. Historiarum Græcarum, col. 1068. ante medium, post illud, *Quum hæc mihi non defuerit*, dele usque ad, *Ioanne Oporino liberali benevolentia*, exclus. —

Ad librum, *de Requestri*, col. 1117. sub initiũ post illud, *Relinquendum Camerario*, dele usq; ad, *Putavi partim*, exclus.

Col. 1139. §. *Ibidem vitiatum*, post illud, *Species est, significante*, dele usque ad, *Cuius coniecturæ*, exclus.

Ad *Xenophontis Epistolarum fragmenta*, col. 1143. ante med. post illud, *Friderico Sylburgio*, dele usque ad, *Sic imposuit*, excl.

Ex Æmilij Porti, Francisci Porti Cretensis F. in omnes Xenophontis libros Notis. Colum. 1212. §. *Pag. 990. D.* post illud, *Legendum monet*, dele usque ad finem §.

EIVSDEM *Apologia pro Zosimo*, vide. *Fridericus Sylburgius*, in *Romanæ Historiæ Scriptores*, prima Classe.

EIVSDEM Præfatio *In Apomasaris Apostelemata*, à se conversa apud Andream Wech. 1577. Permittitur cum nota præscripta.

EIVSDEM *Iuris Græco-Latini*, tom. duo cum *Marquardi Freheri*, *Chronologia Iuris*. Francof. 1596.

Pag. 1. apponenda utrique, id est, tam Leunclavio, quam Frehero, *Nota damnati Auctoris*.

Alia vero eius opera *Historica*, videlicet *Commentarius de Bellis Moscorum*, apud Oporinum, 1572. — *Historia Musulmanorum Turcarum* 1591. — *Supplementum Annalium Turcicorum*, cum *Apologia*, &, *Annales Sultanorum*. Basileæ, 1573. Francof. 1596. — Tum præterea varia *Epigrammata Sacra*, &, *Epitalamia*. — Item librum *L X. Basilicom synopsis*. — Item *Annalarum* liber, cum Annotationibus Basileæ apud Episcopium, permittuntur cum suis notis.

IOAN. à Leydis.

IOAN. Licaula.

IOAN. Lobartus Borrusius.

IOAN. Lonicerus.

German. Theol. Polilog. Luther. August. confess.

EIVS *Versio Latina, & Scholia in Pindarum*. Basileæ, apud Andream Cratandrum 1535.

Adhibita nota in prima libri facie. — Et in sequenti pag. expungendũ *Epigrammata* Iacobi Mycilli auctoris quoque damnati, quod incipit, *Carmina Thebani*, &c. — Pagina 261. *In Pindari Pythia*, in Notatione, *B. Saturnium Iovem*, post illa verba, *Nemini non exploratissima*, dele usque ad, *Pius ergo fuit*, exclus.

EIVSDEM *Grammatices Græc.* Basileæ, 1536. 1540. — Item *Methodus artis dicendi*. — Item *Scholia in Dioscoridem* 1543. — *Compendium* aliquorum librorum Aristotelis. — Scholia in *Nicandri Theriacam*. Coloniæ 1531. — *Encomium Philosophiæ naturalis*. — *Isocratis Orationes*, ab eodem recognitæ, cum eiusdem vita ex Plutarcho, Philostrato, & Dionysio, Marpurg. 1540. — *Pindari Olympia. Pythia*, &c. adhibitis enarrationibus, Basileæ apud Cratandrum 1528. — Et quædam aliæ, *Prolectiunculæ in Isocratis Orationes, Sophoclem, & Theophilactum*, à se Latinè versum, permittuntur cum sua nota.

IOAN.

IOAN. Lobartus Boruſius.

EIVS Commentarij *in Artem poëticam Horatij*, confecti ex Scholiis Ioannis Sturmij (Auctoris quoque damnati) Argentorati.

EIVSDEM Commentarij *in Primam Ciceronis Tuſculanam*, confecti ex Scholijs eiuſdem Sturmij, Argentorati, 1575. permittuntur cum ſua nota, *&c.*

IOAN. Loyſelerius.

IOAN. Lorichius Hadamarius.

Seu, *Adamarius*, German. Poëta, Lutheranus.

EIVS quædam *Poëmata*, vide tom. 3. Deliciarum Germanicarum, 3. Claſſ.

EIVSDEM *Ænigmatum* libellus, ex variis auctoribus carmine, Marpurgi, 1540.

EIVSDEM *Catalogus Iuris-conſultorum*, Baſileæ, apud Oporinum, 1545. — Item, *Elegia de Lupo.* Ingolſtadij, 1548. permittuntur cum ſuis notis.

IOAN. Lottichius.

Theologus, Calvino-Zuinglianus.

IOAN. Lubecenſis.

EIVS liber *de Antichriſti adventu, & Meſsia Iudæorum*, prohib.

IOAN. Lubechius. *I. C.*

IOAN. Ludovicus Havenreutherus.

Seu, *Hauventerus*. Philoſoph. Profeſſor Argentoratenſis, Lutheranus.

EIVS Commentaria, *in libros* 8. *Phyſicæ Ariſtotelis*. Argentorati, 1605.

In prima libri facie, inure notam Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi.

IOAN. de Lukauveck.

IOAN. Lundorpius.

German. Scholæ Gelhuſſanæ Rectoris, Theolog. & Poëta, Luther.

IOAN. Mackbray.

Vel, *Mackbræus*, Natione Scotus, Theol. Lutheran.

IOAN. Maderus.

Scholæ Stolpanæ Conrector, Luth.

IOAN. Mageirus.

Præpoſitus Stutgardenſis, Luther. Auguſt. confeſſ.

IOAN. Magirus.

Germ. Theolog. Luther. Zuingl. Profeſſor Marpurg.

EIVS *Diſceptatio cum Davide Paræo, de infallibilitate Scripturæ.* Typis Vogælianis, 1604. — Sicut, & *Liber de moribus, & inculpata vita*, quam Philoſophiam moralem vocant, Francof. 1608. — Et libellus *in Anthropologiam Melanc̃thonis de Anima.* Francof. 1603. perpetuò prohibentur.

Pag. 142. Narratio Iacobi Palæologi de rebus Constantinopol. & cum eo actis, &c. cuius initium, *Mitto famulum meum, &c.* tota expungatur, usque ad finem, nempe usque ad, Epistolam Legati Selimi Turcarum Imper. ad Palatinum Walachiæ, cuius initium, *Selymus Turcarum Imperator, &c.* exclus. — Pag. 154. in Epistola Pauli Fabritij, ad Nicolaum Reusnerum, cuius initium, *Mirificè me recreavit*, dele ab initio Epistol. usque ad verba illa, *De novis rebus, quas scire*, exclus. — Eadem pag. in Epistol. Ioannis Sambuci ad Nicolaum Reusnerum, cuius initium, *Ita est, vt scribis*, initio Epist. post illud, *dissui firmas amicitias*, dele usque ad, *Præsertim si inopia*, exclus. — Pagin. 9. in titulo, Fœderis inter Serenissimos, & Potentissimos, *&c.* ibi, *Mahometi vero sancti*, dele, *Sancti.* — Pag. 17. Epistola Augusti Ducis Saxoniæ ad Ioannem Sturmium, quæ incipit, *Quantum clientis nostri, &c.* tota expungatur cum inscriptione. — Pagina 18. Epistola Ioannis Sturmij, ad Augustum Ducem Saxoniæ, cuius initium, *Illustrissime Princeps*, tota deleatur, cum inscriptione. — Lib. 13. pagin. 93. Epistola Marci Fuggeri ad Nicolaum Reusnerum, cuius initium, *Vel ob solam, &c.* tota expungatur cum inscriptione. — Pag. 167. Epistol. Danielis Princij ad Nicolaum Reusnerũ, cuius initium, *Pergratæ mihi, &c.* tota expungatur cum inscriptione. — Pagina 169. alia Epistol. eiusdem ad eundem, cuius initium, *Quamquam de virtute, &c.* tota deleatur cum inscriptione. — Pagina 137. in Epist. Iulij ad Nicolaum Reusnerum, cuius initium, *Volumen orationum, &c.* initio Epist. post illud, *Tuarum Turcicarum*, dele usque ad, *Rectè apud nos*, exclusivè. — Eadem Epistol. & in fine eiusdem pagin. post illud, *& quando sit quiescendum*, dele usque ad illud in fine Epist. *Datum Wirceburgi*, exclus. — Pag. 188. Epist. Philippi Fuggeti ad Nicolaum Reusnerum, cuius initium, *Volumina quatuor*, tota expungatur cum inscriptione. — Pag. 189. Epist. Richardi Steinij ad Hieronymum Arconarum, cuius initium, *Nicolaus Reusnerus, &c.* tota expungatur, cum inscriptione. — Pag. 191. initio, in Epistol. Danielis Pincij, cuius initium, *Intelligo te*, post illud, *Vere cordi esset*, dele usque ad, *Deo nobis Auctore*, exclus. — Pag. 192. in Epist. Ruperti à Stotzingē ad Nicolaum Reusnerum, cuius initium, *Litteras tuas, V. CL.* initio pag. seq. post illud, *Vt requirere videris*, dele usque ad, *Interponere debeo*, exclus.

Eivsdem *Symbolorum Imperatoriorum Classi. tres*, Francofurti, sumptibus, ac typis Ioannis Spiesij, 1602. ex secunda editione locupletiori, permitt.

Prima Classis.

Inurēda est in prima libri facie, *Reusnero*, nota Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permissi.

Post præfationem Poëtis Paulò Melisso Franco Martinio Crusio, Henrico Porsio, Bernardo Prætorio, adde singulis suam notam.

Secvnda Classis.

Post adhibitam notam in singulis epigrammatophis adhibe notam damnati scriptoris, videlicet Christiano Distelmaiero, Andreæ Crusio, Henrico Porsio, Iacobo Boissardo, Casparo Rudolpho, Ioanni Lauterbachio, Ioanni Mylio.

Tertia Classis.

Eadem, quæ in superioribus adhibenda nota, atque idem præstandum in epigrammatis, & epigrammatarijs.

Eivsdem *Ænigmatographia*. Francofurti, impensis M. Georgij Draudij, & Philippi Angeli, 1590.

In inscriptione adhibe notam Auctoris damnati, & operis permissi. — In Indice Auctorum, dele, *Philippus Melanćthon.* — In Ænigmatographia variorum Auctorum, pag. 4. dele Epigramma ad *Ioannem Lauterbachium*, cum titulo. — Pag. 47. dele Epigramma, cum titulo, *Monachi fratres.* — Pag. 65. dele Epigramma, cum titulo, *Fratres Monachi.* — Iterum pag. 123. dele nomen, *Philippi Melanćthonis.* — Pag. 142. dele totum epigramma, *Ad Iacobum Monavium.* — Pag. 146. dele epigramma, cum titulo, *Monachus.* — Pag. 217. in Epigrammate 61. *Vestis*, post illud, *Turpe nefasque tego*, dele usque ad fin. — Pag. 226. dele Epigramma, cum titulo 81. *Imago.* — Pag. 243. in epigrammate, ad *Samuelem Hornmoldum*, post illud, *Tantum pios*, dele usque ad, *Sed ut meis ubique*, exclus. — Pag. 254. dele Epigramma ad *Henricum Ranzovium*, cui initium, *Splendidissimè*, &c. — Pag. 321. dele epigramma cum titulo, *Aula Romana.* — Pag. 343. quæ per errorem est 334. post illud, *Epigrammata extant* dele usque ad, *Pauli Eberi*, exclus.

Eivs-

EIVSDEM *Genealog. Roman.* de Familijs præcipuis Regum, Principum, *&c.* Francofurti, apud hæredes Andreæ Wecheli, 1589.

Post appositam notam Auctori, & operi, pag. 94. in §. *Constantinus Quartus*, ad medium, post illa verba, *Aliquando aspirarent*, dele tres lin. usque ad, *Obijt A. C.* 686. — Pag. 130. in *Imperatoribus Germanicis*, ad medium in §. *Henrico Tertio*, dele, *Contra Pontificum artes ac molitiones.* — Deinde post duas lineas, & post illa verba, *Denuo sancivit*, dele quatuor sequentes lineas, usque ad, *Suidigerum Bamburgensem, &c.* exclus. — Et inferius, dele, *Pontificum machinationibus*, atque insidijs. — Et inferius linea 4. ante finem, dele 8. sequentes lineas, usque ad, *Mærore animi, &c.* exclus. — Et post alias 8. lineas, dele, *Pontificis Romani furore.* — Et inferius sub §. *Henrico Quinto*, post quinque lineas, & illa verba, *Destinatus nihilominus*, dele alias quinque lineas, usque ad, *Imperium ille*, exclus. — Et post 7. alias, dele, *à Pontifice ad novas seditiones incensis.* — Pag. 135. paulò ab initio, sub §. *Tertio Fridericus*, linea 5. ab initio, dele, *Et Pontificum.* — Et post alias sex lineas, dele, *Sceleratum exauthoravit.* — Pagina 136. ad medium, post, *Georgij Noni*, dele, *Nefaria iniquitate.* — Et inferius post medium, & illa verba, *In Concilio Lugdunensi*, dele usque ad, *Excommunicatus*, exclus. — Pag. 147. ad finem sub §. *Ludovicus V.* post illa verba, *Idcirco excommunicatus*, dele sequentia, usque ad, *Italiam mox*, &c. exclus. — Pag. 149. ad finem, dele, *Et cœlestis doctrinæ repugnatores constanter defendit*, & ex parte dextra pag. item, dele, *Princeps pientissimus, & sanctissimus Evangelicæ doctrinæ confessor constantissimus.*

EIVSDEM *Hodæporicorum, sive Itinerum totius fere Orbis*, lib. 7. Basileæ ad Pernam Lecythum, 1580.

In prima libri facie adhibenda Auctori nota solita. — In aversa autem pagina, in inscriptione epigrammatis, *Ioannis Stigelij*, adde, *Auctoris damnati.* — In inscriptione Præfationis, quæ est *Ieremiæ Reusneri*, Nicolai fratris, adde, *Auctoris damnati.*

Quia vero opus hoc est collectum ex pleriſque fragmentis Auctorum damnatæ memoriæ, singulis appinge suam notam, ubi occurrerint eius scripta.

EIVSDEM *Disputationum Iuris Civilis*, libri tres, & eiusdem *Politicarum Disputationum*, liber unus. Argentor. excudebat Nicolaus Wiriot 1579. — Post appositam notam damnati Auctoris Nicolao Reusnero, apponenda est similiter Ieremiæ Reusnero, in prima libri facie. — In Præfatione autem Ieremiæ, quæ incipit, *Summus ille*, pag. 3. ante medium, dele, *Principe verè pio, & sancto.*

In libro autem Politicarum disputationum, pag. 62. quæ est ultima, expũge ex numero problematum, primũ, quod est, *Sanne æqualia peccata, & rectè facta.*

EIVS autem *Hilaria.* Lavingæ, 1581. Permittuntur cum sua nota, expungenda vero quæ sequuntur.

Expungendum primum Epigramma ad Erasmum Neũsteterum, quod incipit, *Citatim te quando collunt.*

In Epigrammate 60. quod inscribit *Davidi Bessero Theolog.* dele unicum distichum quo constat, & incipit, *Qui bene nomen amat*, &c.

NICOLAVS Rhadibil Palatinus Wilnensis.

NICOLAVS Rhodomanus.

Theolog. Lutheran. August. Confess. scribebat in Paulum; Ienæ.

NICOLAVS Ridlæus.

Seu, *Ridley*, seu *Rideley*, Anglus, Dunelmensis, Pseudo-Episcopus Londinen. Theolog. Luther. ad ignem dãnatus Oxon.

NICOLAVS Rudingerus Pisovernas.

German. Lutheran. Poëta, cuius Poëmatis expurgationem. Vide tom. 5. *Deliciarum Germanicarum*, 3. Class.

NICOLAVS Rumannus. P.

NICOLAVS Schemidius.

Seu *Schmidius*, seu *Schmid.* Poëta, German. Lutheran.

NICOLAVS Selneccerus.

Vel *Selneckerus*, vel *Salneccerus*, German. Theolog. Polilogus, & Poëta Lutheran. scribebat de *Omnibus Controversijs huius temporis de Ecclesia, Sacramentis, Fide, & operibus, &c.* Francofurti, Lipsiæ, Henricopoli, ad ann. 1568. usque ad 1581. Quę omnia perpetuo prohibentur, si excipias, quę videntur posse permitti, *Quæstiones*, in octo libros Physicorum. — Item

Item libellus *Physiologicus*. — Item Libellus *Sphæricus*, Lipsiæ. — *Prosodia*, Græca, & Latina. — Epitome in *Philosophiam Aristotelis*. — Oratio de *Linguarum studijs*.

NICOLAVS Seubelius.

German. Theolog. Lutheran.

NICOLAVS Storckius.

Seu *Storck*. Anabaptista, seu *Stoer*, Professor Lipsensis.

NICOLAVS Taurellus.

Montbelgardensis, Professor Altdorfensis, Noricus Phil. Medic. & Politic. Lutheran.

EIVS *Emblemata Physico-Ethica*. Norib ergæ, typis Christophori Lochneri, 1602.

In prima libri facie præfigēda nota Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permissi. — In Præfatione ad lectorem, quæ incipit, *Ecce tibi*, &c. Fol. 11. pag. 2. lin. 3. à fine, dele, *sivè Deo aliquid superstitioni concedente*.

EIVSDEM *Carmina Funebria*. Noribergæ, typis Christophori Lochneri, 1611.

In Epitaphio *Catharinæ Alischenbergeriæ*, versu 16. ante finem, dele, *Lutheri egregios*, &c. — Et in carmine Lugubri *Mariæ Friteriæ*, dele quinque ultimos versus.

EIVSDEM *Alpes Cæsæ* hoc est, Andreæ Cæsalpini monstrosa dogmata, excussa à Nicolao Taurello, apud Zachariam Palthenium, 1592.

Post appositam suam notam, ex Epistola Dedicatoria pag. 4. dele vocem, *& Theologicorum*, cætera permittuntur.

Quæ verò de Medicina scripsit videlicet, *Medicæ prædictionis methodus*. Francof. Bernh. Iobin. 1581. — Item ex *Physica*, *& Philosophia*, *Triumphus*. Basileæ, apud Sebast. Henric. Pet. — Et *Physicæ ac Metaphysicæ discussiones de cælo*, adversus Picolominum. Ambergæ, apud Michaëlē Kulsnerum 1603. permittuntur cum suis notis.

NICOLAVS Vdall.

Seu *Vdallus*, Anglus. Polit. Poëta Luther.

EIVS verò *Flores Latini sermonis*. — Item *Epistolæ ad diversos*. Permittuntur apposita nota Auctori & operi.

NICOLAVS Vedelius Palatinus.

Professor, & Minister Genevensis.

NICOLAVS Vignerius.

Seu *Viguerius*, Historic. Theolog. Calvin.

NICOLAVS Viretus.

German. Poëta Luther. Thononiensis.

EN ITALIANO.

NICOLAO Macchiavello, *Fiorentino*.

EN FRANCES.

NICOLAS de Gallards.

Calvin. todas sus obras.

SECVNDA CLASSIS.

IN QVA

Libri certorum AVCTORVM *expurgati, aut prohibiti, &c.*

N

NATALIS Beddæ.

Liber *Confessionis*, prohib.

NAVARRI.

Editio Lugdunensis.

Ex Doctoris Navarri editione Lugdunensi anni 1595. vel 1597. (in antiquioribus enim non invenitur) tomo 1. super caput *Inter verba*, conclus. 6. principali n. 59. *Verum ex hoc*, dele, *Vt inquisitores*, usque ad, *Innumeris*, exclus. — Et paulò post, dele, *Religiosorum ac*, & propè finem eiusdem num. dele, *Quod impensis*, usque ad finem.

NIBLVS Thesalonicensis.

Contra PP. alias Illyrico suppositus, prohib.

NICOLAVS Antonius Gravacius.

EIVS Liber de vita *Alexandri Tartagni*, seu, *Tartagei*. Venetijs, 1570. sic corrigenda.

Sub initium, post illa verba, *Vim ingenij, quod*, dele usque ad illa verba, *Nec optari magis*, exclus.

NICOLAI Clemangis.

Opera omnia prohib. interim cauendũ illa non seorsim tantũ, sed in tractatibus iuris ex parte circumferri ut videre licet in editione ipsorũ tractatuum ann. 1549. volum. 1. fol. 43. & volum. 2. fol. 81. & 277. circumferuntur etiam in tom. 8. Bibliothecæ sanctorum Patrum Paris. 1576. à colum. 577.

NICOLAI Clenardi.

Epistolarum, libri duo. Antuerpiæ ex [illegible]cina Christophori Plantini, 1566.

Lib. 1. Epistola 2. ad Latomum, quæ incipit, *Putote*, ante medium, pag. 12. post illa verba, *Columbas alere videantur*, dele usque ad, *Nam ut hoc quoque*, exclus. — Eodem libro pag. 56. deleatur tota Epistola ad, *Franciscum Hoverium*, quæ incipit, *Ita ne, carissime Hoveri*, &c. — Eodem libro, pag. 99. ex Epistola ad, *Ruperum*, quę incipit, *Redeunti mihi*, parum à principio, post illa verba, *Optimum [illegible]niat*, dele usque ad, *Ne mireris*, exclus. — Ex lib. 2. Epistol. ad Ioannem Vasam pagin. 163. ad finem. post illa verba, *[illegible] diaconatus, Canonicatus*, dele usque ad, *[illegible]bus multis*, exclus.

Ex eadem Epist. pag. 165. §. *Benefacio*, post illa verba, *Monachum esse*, dele usque ad, *Si tu nomine*, exclus.

In eiusdem Nicolai Clenardi Græcæ linguę Institutiones Recognitio, Præfatio & Syntaxeos Compendium Friderici Sylburgij, & Notationes Henrici Stephani, vide in 1. Classe, *& Henricus Stephanus*.

NICOLAI Franci.

Carmina contra Petrum Aretinũ, prohib.

NICOLAI Groderi.

Amphitheatrum mortis maturæ, [illegible] duræ, prohib.

NICOLAI Hanapi.

Exempla Virtutum, & Vitiorum. Prohib.

NICOLAVS Iaquerius.

Eius

EIVS *Flagellum Hæreticorum*, Fascinariorum; cui accesserunt Danæi, Camerarij, Martini de Arles, Tritemij, & Erasti opuscula. Francofurti ad Mænum, 1581.

In prima libri facie adhibe Danæo, Camerario, & Erasto, notam damnationis, & permissionis opusculorum.

Pag. 184. adhibe Lamberto notam Auctoris damnati, & operis permissi. — Et pag. 300. idem præstandum est initio opusculi Ioachimi Camerarij. — Pag. 317. in Opusculo Camerarij ad Libellum Plutarchi, *de Defectu Oraculorum*, 4. lin. ab initio, post illa verba, *Nihil opus fuerit*, dele usque ad finem paginæ, & ex pag. 318. dele 18. lin. usque ad illa verba, *Sed Epicuri*, exclus. — Errasto similiter in initio opusculi apponenda nota damnationis, & permissionis.

NICOLAI Leonici, Thomæi.

EIVS *Dialogi*, prohib.

NICOLAI Nanzelij.

Noviodunensis, declamationum liber, nisi corrigatur, ut sequitur.

Ex *Nicolai Nanzelij* Noviodunensis Declamationum liber, cui addita est Petri Rami vita, &c. sectione prima. Parisiis, apud Claudium Morellum, 1600.

In prima operis inscriptione, post illud, *Anticategoria*, dele usque ad illud, *Sectio prima*, exclus. — Oratione 3. pagin. 70. à medio, post illud, *Gloria caruit, quæ*, dele usque ad, *Bembum Budæum*, exclus. — Et mox, post illud, *Perionium, Muretum*, dele usque ad, *innumerosque alios*, exclusivè. — Oratione 4. pag. 89. à medio, §. *Enim verò cum ieiunium*, post illud, *sic affectarunt quidam*, dele usque ad, *Certa quadam superstitione*, exclus. — Eadem oratione pag. 93. ante medium, §. *Hæc igitur Aud.* post illud, *Et in cinerem reverteris*, dele usque ad, *Neque verò Aud.* exclus. — Oratione 6. pag. 124. sub initium, §. *Enim verò cum eam*, post illud, *Possem decerpere*, dele usque ad, *Itaque ea maris parte fixi anchoram*, exclus. — Eadem oratione, pagin. 125. ad finem, post illud, *Munere asserere*, dele usque ad, *Posse videbatur*, exclus. — Eadem oratione pag. 126. à medio, §. *Plus tamen*, post illud, *Apud me valuit*, dele usque ad, *Sincera plurium amicorum*, exclus.

Ex eiusdem Nicolai Nanzelij Declamationum libro, cui addita est Petri Rami vita, &c. sectione 2.

In prima operis inscriptione, post illud, *& mutua*, *Anticategoria*, dele usq; ad illud, *Sectione secunda*. — In Præfatione ad Reginaldum Belnæum, cuius initium, *Memini vir clariss.* pagin. 9. initio, §. *Enim verò cum sint*, post illud, *ieiuna, & arida*, dele usque ad illud pagin. sequent. ante medium, *Illud autem, etiam si*, exclus. — Thesis primę, parte priori pag. 8. in medio, §. *At enim hæc omnia*, post illud, *Se habere testarentur*, dele usque ad, *Pædagogos eos nobis*, exclus. — Thesis secundæ, parte posteriori, pagin. 44. in fine, §. *Otiekišta*, post illud, *Non potius ab oratore agente*, dele parenthesim, usque ad, *Consimili exemplo*, exclus. — Titulo, *Medicinæ approbatio ex sacræ paginæ testimonijs*, pag. 398. à medio, §. *Sic ita sanè*, post illud, *Nec volo negare*, dele usque ad, *Vt tamen ita sit*, exclus. — Thesis quartæ, parte posteriori, pag. 440. quæ per errorem est 420. ante medium, §. *Iam verò in homine*, post illud, *atrum, à candido*, dele usque ad, *Quidquid corvi iidi*, exclus. — Deinde verò in vita Petri Rami Veromandui. Parisijs, apud Claudium Morellum, 1590. notanda sunt, & corrigenda, quæ sequuntur.

Pagina 53. ante finem lin. 5. post illa verba, *Vapulavit acriter*, dele tres lineas, usque ad, *sed de corpore*, exclusivè. — Pagina 62. lin. 7. à fine, post illa verba, *Latino sermone uti*, dele sex sequentes lineas item alias 26. pagin. 63. usque ad, *Multos verò Ramus*, exclusivè. — Pagina 68. ad medium, post illa verba, *Dicto die de nocte mortui*, dele usque ad, *sed antequam*, exclusivè. — Pagina 69. lin. 2. post illa verba, *Prædicent, ac celebrent*, dele reliquum pagin. usque ad dimidium pagin. 70. sequentis, & illa verba, *Enim verò dicturus*, exclus. — Pag. 73. lin. 4. ab initio, post illa verba, *Eleganter perscriptam*, dele quindecim lineas, usque ad, *Enim verò*, exclus. — Pag. 75. lin. 4. ab initio, post illa verba, *Clauso ostiolo, abditur*, dele quindecim lineas, usque ad, *Ecce autem de duobus*, excl. — Pag. 77. paulò post medium, & post illa verba, *Meditabundas complectere*, dele reliquum pagin. usque ad medium pagin. sequentis, & illa verba, *Doleo autem Bibliotheca*, exclus.

NICOLAI Rodingi.

Exhortatio ad Germaniam. — Item prædicationes carmine conscriptæ, prohib.

NICOLAI Tauleri.

Liber de *Medica prædictione*, donec corrigatur.

NICOLAVS Vigelius.

Iuris feudalis, tam controversi, quam certi, liber unus.—Item Constitutiones Carolinæ publicorum iudiciorum in ordinem redactæ cumque iure communi collatæ prohibentur.

Permittitur verò cum sequenti expurgatione Methodus duplex duorum Commentariorum, seu librorum Andreæ Tiraquelli de utroque retractu. Basileæ, typis Oporinianis, 1586.

Deleatur tota Præfatio Apologetica Auctoris inscripta, *ad illustrissimos Principes, ac Dominos, Dominum Guilielmum, & Dominum Ludovicum fratres*, &c. quæ incipit, *Hiltenius quidã.*—Reijciantur etiã Opuscula sequentia eiusdem Auctoris, quæ circumferuntur post finem ipsius Methodi.

Totus Dialogus, *de Romana iurisprudentia recuperanda*, incipit, *Iurisprudentia Romana, O me miseram.* — Tota oratio inscripta, *Amplissimo, prudentissimoque Senatui Veneto*, incipit, *Quam misera sit iuris, ac iurisprudentia.* — Tota similiter Oratio de *Summo bono*, habita Marpurgi, incipit, *De summo bono, seu hominis fine summo.*—Item eiusdem Dialectices Iuris Civilis, libri tribus, & de litis contestatione, & Paradoxorum libello. Basileæ, per Hieronymum Gemusæum, 1597. ita corrigatur.

Lib. 3. cap. *de Supplendo eo quod partibus deest*, pag. 505. ante medium, post illud, *non imitandum magis*, dele usque ad, *ad propositum redeo*, exclus. — In Præfatione ad Libellum de *litis contestatione*, pag. 534. post verba, *Iustus cedit iniusto*, dele usque ad, *Istam de causis*, exclus.

NICOLAI Winmanni.

Colymbeses.

Sive de *Arte natandi* Dialogus, prohib.

EN CASTELLANO.

M. NICOLAS Tierre.

Su obra impressa en Valladolid, año de 1582. se prohibe.

EN ITALIANO.

M. NICOLO Franco.

Dialogi Piaceboli. Se prohibe.

INDIC
Librorv
PROHIBIT
E V
24.

TER-

TERTIA CLASSIS.

IN QVA

Libri incertorum AVCTORVM *expurgati, aut prohibiti, &c.*

N

NARRATIO fidelis, & succincta de nupera illa proditione longè immanissima à Iesuitis & cõiuratis in Magnum Magnę Britãniæ Regem intentata; ex commentariis Anglicis publica auctoritate editis, in unum Historiæ corpus congesta.

Lugduni Batavorum apud Ioan. Orlers.

NARRATIO eorum, quę contigerunt in Patria inferiori, anno 1566.

NECESSARIA depulsio, duarũ gravissimarum accusationũ quibus Iesuitæ Ecclesias Augustanæ confess. onerant, *&c.*

NECROMANTIÆ opera, & scripta omnia.

NICODEMVS de Passione Christi, *liber ita inscriptus.*

NOBILITAS Politica, vel Civilis, Personas scilicet distinguendi, *&c.*

NOMENCLATOR insignium scriptorum, quorũ libri extant, vel manuscripti, vel impressi.

DE NON TIMENDA morte, libellus sic inscriptus.

NOTÆ veræ Ecclesiæ.

NOTORIÆ artis opera omnia.

NOVÆ Glossæ ordinariæ, donec meliora Dominus, &c. *sive*, in Evangelium secundum Matthæum, Marcũ, & Lucam Commentarij, ubicumque impressi fuerint.

NOVÆ precationes, ex optimis quibusque scriptis præcipuorum nostri sæculi Theologorum.

NOVVM testamentum, impressum per Adrianum de Bergis, Christophorum de Remuda, & Ioannem Zel.

NOVVM Testamentum. Antuerpiæ, per Ioannem Batman, anno 1541. cum cuiusdam doctissimi declaratione brevi de Evangelij, & legis differentia Epistolis Pauli præposita.

NOVVM Testamentum. Antuerpiæ, typis Martini Merani, 1541.

NOVVM Testamentum, impressum Francofurti, per Lucam Losum-Luneburgensem.

NOVVM Testamentum, impressum Lugduni per Antonium Vincentiũ, anno 1558.

NOVVM Testamentum, impressum Lugduni, per Balthasarem Arnuelt, 1547.

NOVVM Testamentũ, impressum Lugduni, per Ioannem Frellonium, anno 1553. & Parisijs 1554. per hæredes Caroli Guillard.

NOVVM Testamentum, impressum Parisijs, anno 1558. per Hęredes Carolę Guillard. correctum per Ioannem Benedictum Theologum Parisiensem.

NOVVM Testamentum, absque impressionis anno, Francofurti, per Lucam Eosum, *&c.* Item impressum per Adrianũ de Vergis.

NOVVM Testamentum, Græcè, & Latinè, impressum Parisiis, anno 1549. per Hieronymum, & Dionysium Maret.

NOVVM Testamentum. Parisijs per Robertum Stephanum, anno 1543. & 1545.

NOVVS Orbis Regionum, ac Insularum. Parisijs, apud Ioannem Parvum, 1532. & Basileæ, apud Ioannem Hervagium, 1537.

In Catalogo eorum, qui hoc volumine continentur, post *Simonis Grinæi*, adde Auctoris damnati, & post *Sebastianum Munsterum*, adde, Auctorem damnatum, sicut etiam Petro Martyri. — In inscriptione Epistolæ Dedicatoriæ, quæ incipit, *Quamquam hoc totum*, post, *Simon Grinæus*, adde, Auctor damnatus. — Postea expungenda introductio per Sebastianum Munsterum. — Et pag. 549. appone suam notam *Petro Martyri*, initio Opusc. de Insulis nuper repertis.

EN CASTELLANO.

La natura Angelica, libro assi intitulado.

EN FRANCES.

Les noms, & tiltres de la Best. *&c.* A Liege, 1626.

INDIC
Libroru
PROHIBIT
E.V.
24.

PRIMA CLASSIS.

IN QVA

AVCTORVM *damnatæ memoriæ Opera edita*, &c.

O

OCTAVIANVS Meius.

Theolog. Calvin.

ODENVS Guntherus.

ODOARDVS Bissetus Carlæus.

German. Phil. Luther.

ORTHOLPHVS Fomannus.

Seu *Fumannus*, seu, *Formannus*, I.C. German. Luther. Professor Ienensis.

Permittitur verò cum sequenti expurgatione, eius *Synopsis Iuris Iustinianei*, libris quatuor Institutionum Imperialium comprehensi, *&c.* Auctore Otholpho Fomanno editione 3. *&c.* Ienæ, typis Christophori Lippoldi, anno 1610.

In prima operis inscriptione, post illud, *Ienensi professore Iuris*, adde, *Auctore quidem damnato, opus prohibitum, cum correctione tamen permissum.* — In Epistola Dedicatoria, cuius initium, *Difficilius, & molestius*, pag. 5. §. *Ad quod me impulit*, post illud, *Singularis favor*, dele usque ad, *Ortolphi Fomanni I. Cti.* — Et post vocem, *I. Cti.* dele usque ad, *Harum thesium Auctoris.* — Deinde post illud, *Ac Fautoris mei*, dele usque ad fin. eiusdem §. — Disput. 3. Themate 9. in *Annotatione Thematis*, p. 44. sub initium, *Paterno non consistere*, dele usque ad finem Annotationis. — Totum Thema 13. cum Annotatione pagina 46. quæ per errorem est 26. expungatur. — In Annotat. Thematis 25. pag. 53. post illud, *& ult. desponsa. duor.* dele usque ad, *An pendente conditione*, exclusivè. — Et paulò inferius, post illud, *Inst. de nupt.* usque ad, *Diss. Cypræus*, exclusivè. — Thema 27. cum Annotatione, pag. 54. totum expungatur.

Disput. 12. Thesi 6. in Annotat. pagin. 255. initio, post illud, *Schaneid ad d. pr. Inst. n.* 2. dele usque ad, *Propter communem opinionem in foro receptam*, exclus.

ORTOLPHVS, seu *Ortulphus Marolot.*

Sive *Maroldus*, Francus, cuius Poëmatum expurgat. Vid. tom. 4. *Deliciar. Germ. L.D.* 3. Class.

OSVALDVS Bætus.

Seu *Berus*, German. Basiliensis, Medicus, & Professor Luther.

OSVALDVS Hilligerus.

I. C. German. Luther.

EX EIVSDEM libro, qui inscribitur, Donellus Enucleatus, sive Cõmentarij Hugonis Donelli de, *Iure Civili in Compendiũ ita redacti, ut verum nucleũ contineant, &c.* Auctore Osualdo Hilligero Fribergense I.V.D. *&c.* Ienæ, sumptibus, & typis Christophori Lippoldi, anno 1610.

In prima operis inscriptione, post illud, Fribergense I. V. D. adde, *Auctore quidem damnato.* — Deinde, post illud, *Cognitionem continẽs, nunc prodit*, adde, *prohibitio, cum expurg. verò permissa.* — In Epist. Dedicat. Osualdi Hilligeri, cuius initium, *Vetustos legum latores*, in fine Epist. ibi, *florentissimi*

tissima domo Saxonica, Ecclesiæ saluti, Reipublicæ bono, dele, *Ecclesiæ saluti.* — In Præfat. ad Lectorem, pag. 1. paulò inferius, post illud, *De Iure Civili inscripsit*, dele usque ad, *Audiebam.* — Et versus fin. eiusdem pag. post illud, *Quæ Donellus*, dele usque ad, *Proposuit paucis*, exclus.

Ex Syllabo Avctorvm, &c. deleantur.

Theodorus Beza. — *Bruti fulminis Auctor.* — *Martinus Lutherus.* — *Philippus Melanchthon.*

Post Syllabum Auctorum, deleantur omnia Epigrammata usque ad tit. *Liber* 1. *caput* 1. exclus.

Lib: 1.

Cap. 16. in notatis, pag. 46. lit. C. post illud, † *Alber Gent. 1. de Nupt. 6.* dele usque ad, *Fuerunt ICti. Ethnici*, exclus. — Ibidem lit. F. post illud, *in prolog. n. 8.* (*f*) dele usque ad, *Hic verò latissima*, exclusivè. — Cap. 4. initio, pag. 59. in fine post illud, *Ex Principum decretis*, dele usque ad, *Eaque ratione*, exclus. — Eodem cap. pag. 60. ante medium, post illud, *Matth. 22. & cultum*, dele usque ad titulum, *Notata*, exclus. — Cap. 6. in notatis, pag. 64. lit. D. post illud, *Vim verbis facit, vt*, dele usque ad, *Cuivis si coniungat*, exclus. — Cap. 12. pag. 77. lit. C. post illud, *Nou. 5. c. 2.* dele usque ad, 2. *Cautione prioris*, exclus.

Lib. 5.

Cap. 16. in notatis, pag. 297. lit. C. post illud, *C. placuit* 15. *Causa* 16. *q.* 3. dele usq; ad, *Ius tamen Canon. usu receptum*, exclus. — Cap. ultim. in Notatis, pag. 327. D. post illud, *Ad Occidentales*, dele usque ad, (*e*) *Consentit Cuiac. d. cap.* 5. exclus.

Lib. 6.

Cap. 7. in Notatis, pag. 353. ante med. lit. F. post illud, *& seq. extra de testam.* dele usque ad, *Vid. & Fachin. 6. contr.* 47. exclusivè.

Lib. 12.

Cap. 2. pag. 954. G. post illud, *l.* 5. §. 2. *De solut.* dele usque ad, *& l. 4. l. 22. C. de usur.* exclus.

Lib. 13.

Præcidantur tria integra Capita cũ suis titul. & Notatis, nempe cap. 18. cuius initium, *Alia*, (*vid. sup. c. 15. &c.* — Et capit. 19. cuius initium, *Iustæ autem nuptiæ*, &c. — Et cap. 20. cuius initium, *Tum* (*vid. c. præced. in pr.*) *&c.* à pag. 1101. usque ad 1140. — Cap. 21. pagin. 1140. lit. C. post illud, *Suos lares veneraretur*, dele usque ad, *Et humani. Quæ aut in*, exclus.

Lib. 16.

Cap. 24. pag. 1541. N. post illud, *Ad tit. D. de Divortiis*, dele usque ad titulum, *Notata*, exclus.

Ex Indice Rervm, Et Verborvm deleantur sequentia.

Cognatorum, & Agnatorum) post vocem, *agnatorum*, dele usque ad, *Ordines* 9. 2. A. excl. — *Concubitus*) post vocem, *Concubitus*, dele usque ad, *An requiratur, ut dotis*, excl. — *Papa leges Civiles*, &c. dele usque ad fin. §. — Parentes à liberis, (dele, *Consensus necessarius in nuptiis.* — Vsuras pretij,) dele, *Naturaliter debentur ex nudo pacto.* — Post Indicem locorum I. C. dele totam Annotationem, cui titulus est, *Ex iure Canonico*, initium verò, *Ne quis miretur iuri Pontificio*, &c.

Eivsdem Osualdi Hilligeri, *Donelli Enucleati pars altera*, sive commentariorum Hugonis Donelli, *de Iure Civili*, in Compendium redactorũ, lenę sumptibus, typisque Henrici Kauchmanes, 1613.

In ipsa inscript. post illud, *Fribergenses I. V. D.* adde, *Auctore damnato, & hæc pars ipsius prohibita, sed cum expurgatione permissa.* — In Epist. Dedic. quæ incipit, *De immensa librorum*, pag. 3. statim, post illud, *Donelli Commentarios*, dele usque ad, *Epitomare, &c.* exclus.

Lib. 17.

Cap. 2. in Notatis, pag. 5. ad initium, post illud, *Resol. 5. de iudic. n. 2.* dele usque ad *Sanè in aurea*, excl. — Eod. c. p. 11. à med. post illud, *Ac seqq contra sentiat*, dele usque ad, *Quia arguens*, excl. — Cap. 10. p. 114. lit. X. ibi, *De foro comp. Sed malè*, dele, *Sed malè.* — Eod. c. in Notatis, p. 117. ad med. ibi, *Tametsi nullo iure, Valt. ad D. L.* dele, *Tametsi nullo iure* — Pag. 122. ad fin. post illud, *Planè alia est, ut sup. lit. P.* dele omnia, usque ad fin. cap. per octo fermè, pag. — Cap. 11. p. 130. lit. B. post illud, *studiosorum, Ecclesiasticorum*, dele usque ad. *Nã vocula*, exclus. — Cap. 13. in Notatis, p. 140. ab ipso principio, nempè, *Ex quo Roma*, dele usque ad, *Putant tamen Imol.* exclusivè. — Capit. 17. in notatis, pagin. 150. ab ipso principio nempe, *Vbi maior*, dele usque ad,

Quin ratione rei, excluſ. — Cap. 20. in Notatis, pag. 192. ad fin. poſt illud, *Iudicis proprij datum ſit*, dele uſque ad, *Planè, & hoc diſplicet*, excluſ. — Cap. 25. pag. 227. ad finem, poſt illud, *Nou. 86. c. 2.* dele uſque ad, *Notata*, excluſ.

LIB. 18.

Cap. 3. in Notat. p. 259. poſt illud, *Meritorum apud Deum*, dele uſque ad, *Orare enim veteres*, excl. — Eodem cap. p. 266. ad finem, poſt illud, *de Pœnit. diſt.* 1. dele uſque ad, *Speciale verò hoc*, excluſ. — Cap. 7. in Notat. p. 296. ad initium, poſt illud, *ab hoc iure receſsit*, dele uſque ad, *Hic n. excuſatur*, excluſ. — Eodem cap. p. 299. ad initium, poſt illud, *Tit. 3. verſ. 10. & 11. &c.* dele uſque ad, *Excommunicatione verò iuſtè*, excluſ.

LIB. 19.

Cap. 11. in Notatis, à p. 531. dele, *Caroli Molinæi* nomen ſæpè repetitum.

LIB. 21.

Cap. 12. in Notatis, pagin. 831. ad med. poſt illud, *Odd. d. q. 60. art. 2.* dele uſque ad, *Sed, & brutum*, excluſ. — Eodem cap. pag. 832. poſt illud, *dolo re ipſa, num. 70.* dele uſque ad, *Nam cum poſt*, excluſ. — Cap. 13. pag. 838. in principio, poſt illud, *uſu eſt (à) interpretabimur*, dele uſque ad, *Puberum, non impuberum*, excluſ. — Eodem cap. pag. 840. ante medium, poſt illud, *extr. de iure iur.* dele uſque ad, *Obi. At ſi d auth.* excl. — Eodem cap. in Notatis pag. 843. ad medium, poſt illud, *de Reſt. in int. gl. 1. num. 4.* dele uſque ad, *Duar. d. lo.* excluſ. — Ibid. pag. 844. à medio, poſt illud, *lib. 24. cap. 12. lit. F.* dele uſque ad *Conſentiunt noſtro*, excluſ. — Ibidem pag. 854. à principio, poſt illud, *ſupremo Principi*, dele uſque ad, *Sed nec verè dicitur*, excluſ. — Ibid. pag. 861. in principio, poſt illud, *Elect. Sax. 36. p. 2.* dele uſque ad illud pag. ſequentis, *vid. Sich adh.* excluſ.

LIB. 23.

Cap. 2. in Notatis pag. 1020. in fine, poſt illud, *Monachi non citandi*, dele uſque ad, *Nec dicend. hæc*, excluſ.

LIB. 24.

Cap. 7. in Notatis pag. 1200. poſt illud, *dict. loco num. 117.* dele uſque ad, *Sicut & ex neceſsitate*, excluſ. — Eodem cap. pag. 1201. ante mediũ, poſt illud, *Act. 2. Scan.* dele uſque ad, *Licita. v. ijs*, excluſ. — Cap. 13. in Notatis pag. 1220. ad initium, poſt illud, *obliquè iuretur*, dele uſque ad, *Sed Arcad. ac*, excl. — Eodem cap. pag. ad medium, poſt illud, *Aſin. de exſec.* cap. 6. & cap. 8. dele uſque ad, *Impium* excluſivè.

LIB. 26.

Cap. 2. in Notatis pag. 1394. ad med. poſt illud, *Scil. in teſtamentis, &c.* dele que ad, *Poſtremo de legibus Moſaicis*, excl. — Eodem cap. pagin. 1402. in ipſo fine poſt illud, *fingere licèt*, dele uſque ad *raq. de retr. lignag.* excluſ.

LIB. 28.

Cap. 6. in Notis pag. 1550. ante fin. poſt illud, *& Auctores citati*, dele uſque *Planè à ſententijs*, excluſ.

EX INDICE DELI.

Advocatus) Monacho prælat. — Monachus) eo melior advocatus — Ratio ambitio. — Metaphyſicæ eius poteſtas.

OSVALDVS Miconius.

Seu *Oſaldus*, Lucernanus, Helvetius, Baſilienſis, Ludi-Magiſter, Theol. & Miniſter Tigur. ac Baſilienſis, Luth. Zuing.

OSVALDVS Gotſvvaldus.

Seu *Gottvvalts*, Germ. Theol. Lutheranus. Confeſſ.

OTHO Brunsfeldius.

Seu *Brunsfelſius*, Magũtinus, Germ. Theolog. ac Medic. Polilogus, Luther.

EIVS Medica, *Catalogus illuſtrium Medicorum.* Argentorati 1530. — *Theſaurus rei Medicæ.* Argentor. 1532. — *Interpretatio ſimplicium.* 1533. — *Onomaſticon Medicinæ.* Argentor. 1534. 1542. — *Herbarum Icones*, cum nominibus Græcis, Latin. Germ. 1532. — *Epitome Medicinæ.* Paris. 1540. — Recognitio commentariorum Marcelli Virgilij *in Dioſcorid.* Argentin. — Libellus de *Reformatione Apothecarum.*

Itẽ *de Bello Turcis inferendo.* Baſil. 1526. — De *ſubveniendo Rhodijs* miſſibus, ad *Principes Chriſtianos* Baſil. 1523. — *Prognoſtica ex divinis Litteris*, contra Aſtrologiam iudiciariam, & de *Diffinitionibus Aſtrologiæ, & Almanach. perpetuum.* 1544. permittuntur appoſita ubique ſua nota. Auctoris, & operis.

OTHO

OTHO Casmannus, Germ.

Philos. & Theol. Luther. August. Confess.

EIVS *Biographia*, sive de *Vita hominis naturali*. Francof. 1611.

Post appositam notam Auctori, & operi, in Epistola ad *Zachariam Palthenium*, quæ incipit, *De vita mea*, &c. pag. 2. lin. 7. dele, *Iuvarem scholas, & Ecclesias.* — Deinde in dedicatione, *Ad Mauritium*, dele, *Maxime pio.* — Et in Epistola Dedicatoria, quæ incipit, *Maiestati quandoque*, pag. 5. post medium, & post illa verba, *Testimonium desideres*, dele 5. lin. usque ad, *Agnosco igitur*, exclus. — Et pag. 6. lin. 5. post illa verba, *Deserenda, sed continuanda*, dele 3. lin. usque ad, *Toties non modo*, exclus. — In ipso opere, cap. 1. pag. 2. post medium dele, *magni iudicij Philosophus.* — Cap. 8. pag. 35. ad fin. post, *Alia ratione subministratas*, dele 3. lin. usque ad, *Anima interim*, excl. — Meletemate 2. c. 10. pag. 168. post medium, & illa verba, *Surgentem vitam exornat*, dele 5. lin. usque ad, *Pudicitiæ quidem*, exclus. aut solum, dele nomen *Melanethonis.* — Meletemate 3. c. 17. pag. 282. post medium, §. *Tempore nuptiarum*, dele totum §. constantem 6. lin. — Et pag. 284. §. *Proprium filiæ*, dele totum §. Constantem 4. lin. — Cap. 24. pag. 510. ad medium, dele, *Melanethon.*

EIVSDEM *Ethica Theosophica, & adumbratio methodica*, pag. 415. ante medium §. *Sed fiant cum consensu*, dele totum §. constantem 11. lin. — Et pag. 423. §. *Sponsi procurent*, post, *parentes, & cognatos*, dele duas lin. usque ad, *Lætum responsum*, exclus. — Pag. 432. lin. penul. dele, *Cogitent satis data illa matrimonia.*

EIVS vero liber cui tit. est, *Nucleus Mysteriorum enucleatus*, Hamburgi, Bibliopolio Frobeniano 1605. Permittitur cum nota auctoris damnati & operis permissi.

OTHO Cerberus.

Pabergens. Theol. Luth. August. Confess.

OTHO Gryphius.

Goarinus Cattus, Poëta Histor. celebrabat carmine Duces Wirtemberg. 1620. & scribebat Virgilio-Centones 1593. quæ permittuntur cum suis notis, Auctor. & oper.

OTHO Gualperius.

Seu, *Gualterius.* Phil. Germ. Polil. Theol. & Poëta Luther. August. Confess.

OTHO Henricus.

OTHO Heurnius.

Vltraiectinus, Medic. Professor Leydensis.

EIVS de *Barbarica Philosophia*, libri duo, apud Rapheleng. 1600. permittuntur, apposita nota scriptoris damnati, & operis permissi.

OTHO Korberius.

Germ. Theol. Luther.

OTHO Melander.

I. C. Lichæ in Lusatia, Luther.

EIVS Præfatio in duos tractatus Regneri Sixtini, & Georgij Obrechti. Mulhusij Tyrigetarum. Vide *Georgius Obrechtus*, 1. Class.

OTHONELLVS Vida.

OTHO Vinerius.

OTHO Werdmüllerus.

Seu, *Werdmüllerus*, Tigurinus, Theol. Calvino-Zuinglian. & Polilog.

EIVS verò Notæ *in Ciceronem*, Vide litte. C. 3. Class. In *Ciceronem.* — Item de *Dignitate, & usu Philosophiæ Moralis.* Basil. apud Curionem 1545. — Item liber de *Similibus ab animalibus desumptis.* Tiguri apud Gesneros, permittuntur cum nota Auct. & oper.

OTHO Wissemburgius.

Sive *Lumburgensis.*

OTHO Zander.

OVENVS Guntherus.

German. Philos. Poëta Lutheranus.

SECVNDA CLASSIS.

IN QVA

Libri certorum AVCTORVM *expurgati, aut prohibiti, &c.*

O

OCTAVIANO Spattario de Inciſſa.

EIVS liber inſcriptus, *Aurea Methodus* de modo corrigédi Regulares, prohibetur.

ODOFREDVS, ſeu *Dionyſius Gothofredus.*

EIVS *Summa*, fol. 104. corrigatur, quod ibi aſſerit, ſcilicet *Laicum in neceſsitate, poſſe eſſe Miniſtrum ſacramenti confeſsionis.*

OGERII Dani.

Fabulæ prohib.

OLIMPIÆ Fulviæ Moratæ.

EIVS *Dialogi, Epiſtolæ, & Carmina*, prohib.

OTTOMARVS Luſcinius, *Argentorat.*

EIVS *Allegoriæ Pſalmorum.* — Item, *plectra in ſingulos Pſalmos, & ſcrupi*, ſive, *incondita verborum portenta totius Pſalteri.* Auguſt. 1524.

In Epiſt. Dedicat. quæ incipit, *Videre licebat*, pag. 3. poſt illa verba, *Allegoriarum Theologicarum*, dele 2. circiter lin. uſque ad *itaque ut moram*, excluſ. — Inferius, quamquam folijs non numeratis, fol. tamen 92. in tit. *Scrupi, ſive incondita verborum portenta totius Pſalterij*, dele, *incondita verborum portenta*, & in fine, pro, *indicata*, lege, *indicati.* — Et in Dedicat. quæ incipit, *Si cui unquam*, pag. 3. ad fin. poſt illa verba, *dulci ſonæ permiſta*, dele 3. lin. uſque ad, *Nam his duabus*, excluſ. — Pſalm. 1. ſub tit. *Scrupi*, poſt illud, *Non abyt*, dele 7. lin. uſque *Quis enim neſciat*, excluſ. — Pſal. 5. in fin. lin. penult. poſt, *Verbum reddendo ex verbo*, dele 2. reliquas lin. — Pſalm. 34. ſub tit. *Scrupi*, & poſt illa verba, *lebetes, oſtendentes*, dele 3. lin. uſque ad, *Notandum privatè*, excluſ. — Et ad fin. eiuſdem pag. poſt *loquentes dolos cogitabant*, dele 2. lin. uſque ad, *Nam quid ſibi velit*, excluſ. — Pſalm. 38. in *Scrupi*, dele, *reijce propoſitionem.* — Pſalm. 48. poſt tit. *Scrupi*, dele 5. lec. uſque ad, *propoſitionem*, excluſ. — Pſalm. 55. *in Scrupi*, poſt, *ab altitudine dicitur*, dele, *ridicula lectio, ordine prorſus confuſo & turbato.* — Pſalm. 91. in fine, Pſalm. ubi legitur, *iactantia inanis operum*, dele *inanis.*

Quia verò toti huius Auctoris *Scrupi* in eo ſunt, ut tollat difficultates lectionis vulgatæ, curandum, ne illius integritatem & auctoritatem ulla ratione lædere videatur.

EN CASTELLANO.

Doña OLIVA Sabuco.

Su libro intitulado, *Nueva Filoſofia*... preſſo en Madrid, año de 1587. ó, 1588. ſe emiende como ſe ſigue.

Coloquio la naturaleza del Hombre, ... tulo 6. fol. 18. pag. 2. borreſe deſde aquellas palabras, *teneis la mayor razon*, haſta aquellas, *quando ya*, excluſ. — Titulo ... fol. 34. pag. 2. en el miſmo titulo, ſe borre la palabra, *mortal.* — Titulo 21. fol. ... pagina 1. borrenſe todas las palabras del titulo, fuera de aquellas, *afecto de ...*

ça.— Y en el fol.40. pag.1. borrese desde aquellas palabras, *si queda herido*, hasta aquellas, *y curar de su salud*, excluſivè. — Titulo 26. fol.48. pagina 2.borrense aquellas palabras, *que es el anima divina celestial.* — Titulo 62. fol.110. pagin. 1. desde aquellas palabras,*que es el anima*, se borre hasta aquellas, *que mora*, excluſ. — Y en el fol. 111. pag. 1. borrese desde aquellas palabras,*y no en el coracon*, hasta aquellas, *todo lo qual*, excluſ. — Titulo 65. fol. 121. pag. 1. desde aquellas palabras, *y no suya de su alvedrio*, borrense las que dize, poco mas abaxo, *y de nuestro alvedrio.* —Coloquio, *de las cosas que mejoran las Republicas.* — Tit.8.fol. 163. pag.2. borrese desde aquellas palabras, *estan en pecado mortal*, hasta aquellas, *se infamam,y deshonran*,excluſ.

Dialogo, *de la vera medicina*, fol. 227. pagin.1. borrense aquellas palabras, *alvedrio del.* —Fol. 230. pag.1. despues de la mitad, borrese, *al coraçon.* — Fol. 296. pag.1.§. *Pruevase con evidentes*, &c. borrese,*del anima divina, y eterna.* — Y en la pag.siguiente,*Divina.*

En el Tratado, que se intitula, *Dicta brevia*, fol. 318. pag. 1. borrense aquellas palabras, *cum linguam momorderis*; y poco mas abaxo, *Morientem ne visas.*

En el Dialogo intitulado, *Vera Philosophia*,§.*De alimento formarum*,fol.358. pagin. 2.borrese desde aquellas palabras, *Astris unicam*,hasta aquellas, *sicut ventus*, excluſ. —Fol. 359. pag.2. donde dize, *cuius essentiam divinam*,borrese hasta, *Hæc est*,excluſ.

OVIDIO.

De Arte Amandi.en Castellano,o en otra lengua vulgar solamente, se prohib.

EN *FLAMENCO.*

OVIDIVS Naso.

By Ian van Ghele, anno 1576.

TER-

TERTIA CLASSIS.

IN QVA

Libri incertorum AVCTORVM *expurgati, aut prohibiti, &c.*

O

OECONOMIA CHRISTIANA.

DE officio pij, & publicæ tranquillitatis verè amantis viri in hoc religionis dissidio, *Sine Auctoris nomine*. Alius ab eo, quem sub eadem inscriptione composuit Ioannes Hessels Doctor Lovaniensis.

OFFICIA omnia absque approbatione S. Rituum Congregationis, ut sunt, *Officium parvum in honorem S. Ioseph.* Brixiæ, 1608. — *Officium parvum S. Angeli Custodis.* Venetijs, 1611. non illud a dicta Congregatione approbatum. — *Officium quindecim Sanctorum auxiliatorum*, Brixiæ, 1613. — Item, *Opusculum*, seu, *Breve ad honorem S. Vbaldi.* — Item *Sanctissimæ Deiparæ laudes, centum & quinquaginta Psalmorum, prima verba exponentis David.* — Et similia, quæ sine ulla approbatione circumferuntur, prohib.

DE *Officio Principis Orationes tres publicè habitæ à Ioanne Casimiro Christiano*, &, *Friderico Mauritio* (pueris quidem) in Academia Genevensi, prohib.

ONOMASTICVM propriorum nominum.

ONVS Ecclesiæ.

OPTIMA ratio componendæ Religionis, quæsit.

OPVSCVLVM de modo studendi in Iurisprudentia, sine nomine Auctoris, aut per Christophorum Hegendorphinum, Auctorem damnatum.

OPVS magni Lapidis, per Lucidarium.

OPVS Mathematicum, octo libros continens innumeris figuris, *&c.*

ORANDI modus.

ORATIO de cõstituendo iudice controversiarũm Religionis Pontificiæ, an Reformatæ, *&c.*

ORATIO DOMINICA, cum aliis quibusdam Præcatiunculis, Græcè cum Latina versione è regione posita, quibus adiunctum est, *Alphabetum Græcum.*

In Orationem Dominicam, *Liber sic inscriptus.*

In Orationes Dominicas salubres & sanctissimæ meditationes, ex libris Catholicorum Patrum, *&c.*

Oratio Ecclesiarum Germaniæ & Belgiæ, sub, *&c.* 1566.

Oratio solemnis, anno 1623. Typis Ambergenianis.

Oratio de Præclaris rebus Gestis Iuliani Imperatoris, *Sine nomine Auctoris*, seu per Christophorum Hegendorphinum, *Auctorem damnatum.*

Orationes Funebres, & Epicediaper annos distinctum Opus.

Orationes Funebres, de Hæreticis habitæ, certis tomis impressæ.

Oratio pro Iulio II. Ligure, à quodam bene docto Christiano præscripta, *Liber sic inscriptus.*

Oratio ingenua, & vera ad Regem Christianissimum de eo, quod postulatur ut Iesuitæ, *&c.*

De Origine *Iesuitarum Liber sic inscriptus.*

Ordo baptizandi.

Ex libro, qui inscribitur, *Ordo baptizandi* cum modo visitandi. Impresso Venetijs anno 1575.

Fol. 34. ad medium, deleantur illa verba *Credis non propijs meritis, sed passionis Do-*

INDIC
Librorv
PROHIBIT
E. V.
=4.

mini nostri Iesu Christi virtute, & merito, ad gloriam pervenire?—Ibidem paulò post, deleantur illa verba, *Credis, quod Dominus noster Iesus Christus pro nostra salute mortuus sit? & quod ex proprijs meritis, vel alio modo nullus possit salvari, nisi in merito passionis ipsius?* — Fol. 35. in ultima linea, deleantur illa verba, *Non erit desperandum, vel dubitandum de salute illius qui supra positas petitiones corde crediderit, & ore confessus fuerit.*—Fol. 36. ante medium, deleantur illa verba, *Hæ protestationes morientium revelatæ fuerunt cuidam religioso viro, &c.* usque ad illud, *qui ex corde talia, quæ sequuntur, fuerit protestatus, damnari poterit.* — Fol. 39. post medium, deleantur illa verba, *Erat quidam Papa, qui dum ad extrema veniſſet*, &c. usque ad illud 34. post lineam, *& plurimum eis prodest, si dicuntur devotè.* — Fol. 314. deleatur tota *Exorcismus Luciferina*, cuius initium est, *Adesto Domine tui famuli*, &c. —Deleatur item alia Exorcismus Cypriani, cuius initium est, *Ego Cyprianus*, &c. usque ad Evangelium Ioannis, quod est ad calcem fol. 340.

Ordo Ecclesiasticus, circa doctrinam, sacramenta, & ceremonias in Ducatu Illustrisimi Ducis Bavariæ Friderici observandus.

ORTHODOXOGRAPHIA.

Ex Orthodoxographis, seu Theologiæ sacrosanctæ, ac sincerioris Fidei Doctoribus, num. 76.

In ipso Titulo operis deleatur illud verbum, *ac sincerioris Fidei.* — Item tollatur tota Epistola Dedicatoria.

Proto-Evangelium Iacobi fratris Domini, & Nicodemi Evangelium, quæ sunt posita initio primi tomi penitus expungãtur. — *Hermæ* Pauli discipuli, libri tres, qui alio nomine, *Liber pastoris*, nuncupatur, propter eius antiquitatẽ permittitur, verũ tanquá apocryphus, cuius non liceat dictis, & auctoritati fidere. Sed *Testamentum duodecim Patriarcharum*, quod in fine secundi tomi huius operis positum est, expungatur. —Deleatur tota Epistola *Vdalrici Episcopi Augustani, de cœlibatu cleri.* — Item totus liber, *Bertrami presbyteri, de corpore & sanguine Domini*, penitus auferatur.

Ostandrisimus, sive acta Noribergæ.

IN OVIDIVM.

In eius Opera in unum corpus congesta, tomis tribus, Francofurti, typis Wechelianis, 1601.

Tomo 1. fol. 2. in Elencho Auctorum appone notam damnati Auctoris, Iacobo Mycillo, Gregorio Bersmanno, Erasmo, & eandem repete pag. 460. ubi incipiunt recensiones Bersmanni.

In Elegia, *De Nuce*, in commentario Erasmi, pag. 405. col. 2. ad med. super illo versiculo, *Longe laboranti, &c.* sub littera I. marginali, post illa verba, *Vbi palatium habebat*, dele 5. lin. usque ad, *Quin etiam exemplo*, exclus.

Tomo vero secundo, fol. 2. in Elencho Auctorum appone eandem notam Mycillo, Erasmo Roterodamo, Vito Amerbachio, & Gregorio Bersmãno, expunge vero nomen, *Philippi Melanchthonis.* — Fol. vero 3. expunge præfationem Iacobi Mycilli usque ad Præfationem Pauli Marsi, exclus.—Post Ovidij vitam, in Epigrammate Georgij Fabricij de Poëtis elegiacis, adhibe illi notam Auctoris damnati, sicut & Ioachimo Camerario in comparatione Tibulli & Ovidij. — Pag. 321. dele inscriptionem & nomen, *Philippi Melanchthonis.* — Et pag. 326. post, *Vitus Amerbachius*, adde, *Auctor damnatus*, & similiter pag. 361. ubi incipiunt annotationes *Gregorij Bersmanni*, adhibe similem notam.— In altera vero huius tomi parte, post librũ, *De Tristibus*, permittitur Epistola, veluti Dedicatoria eiusdem Amerbachij. — Et iterum alia eiusdem, post librum de *Ponto*, cum continenti expositione solutę orationis, & argumentis variorum Ovidij fragmentorum. — Pagin. vero 213. ubi incipiunt annotationes Bersmanni, adhibe illi solitam notam.

Tomo tertio, in prima libri facie, post *Gregorij Bersmanni*, adde, *Auctoris damnati*, Deinde fol. 2. expunge epistolam Iacobi Mycilli Scriptoris damnati.—Pag. 110. ubi incipiunt annotationes Gregorij Bersmanni, adhibe illi notam solitam.—Pag. 385. *In retractatione*, quorundam locorum Iacobi Mycilli, appone illi prescriptã notã.

Item in P. Ovidij Metamorphoseos Cõmentaria, sive enarrationes allegoricæ, vel tropologicæ prohibentur.

EN CASTELLANO.

Obra util de los Mandamientos.

Obras que se escrivierõ contra la Dieta Imperial, celebrada por su Magestad, en Ratisbona año 1541. assi en verso, como en prosa.

Oraciones varias, supersticiosas, y orde-

nadas a intentos y fines errados, perniciosos, y prohibidos, y de hechizos.

Oracion de los Angeles, por si pequeña.

Oracion de la Emparedada.

Oracion de la Emperatriz.

Oracion del Conde.

Oracion de S. Christoval.

Oracion de S. Leon Papa.

Oracion de S. Cypriano.

Oracion que se intitula: Esta Oracion fue hallada sobre el santo sepulchro de N. S. Iesu Christo, y qualquiera persona q̃ la truxere consigo, no morira muerte repentina, &c. y al fin tiene aprovacion de Notario, q̃ dize: Yo Alonso Rodriguez Notario de la santa Inquisicion doy fe, &c. sin dezir adonde, ni quando.

Oracion, que comiença, *Marta, Marta, no lo digna, ni la santa*, &c.

Oracion, *Señora S. Marta, digna sois y Santa, de la Virgen Maria querida*, &c.

Oracion de S. Lazaro, *Lazaro, Lazaro, por aquel que hizo el cielo y las estrellas*, &c.

Oracion de S. Sylvestre, *Señor San Sylvestre de Montemayor, Padre Santo en Roma*, &c.

Oracion, que comiença, *Virgen y Madre de Dios de Belen*, &c.

Oracion, cuyo titulo dize: *Esta Oracion es de gran devocion, &c.* y comiença, *Viernes hizo Dios al primer hombre*, &c.

Oracion, que dize, *Esta oracion fue hallada en el santo sepulcro*, y comiença, *Conjurote palabras*, &c.

Oracion, que comiença, *Esta oracion es tan dichosa*, &c.

Oracion para conjurar la Ruda, &c.

Oracion de S. Marcos, que comiença, *San Marcos te marque, Iesu Christo te amanse*, &c.

Oracion, que comiença, *Iesu Christo piadoso, Hijo de la piadosa*, &c.

Oracion, que comiença, *En esta fuente tengo una fuente de Fè*, &c.

Oracion, *Santiguote Rosa odiosa*, &c.

Oracion, *En el campo de la Ariana, nace una yerva, &c.* y qualesquier otras de conjuros, y enderezadas a malos fines.

Otras oraciones, con titulos de diversos Santos, que por otros Indices se prohibieron, y de su uso no se tiene ya noticia, se dexan, quedandose la prohibicion contra quien las tuviere, o usare, en la misma fuerça.

Oratorio y consuelo espiritual.

Orden de Oraciones del mes, con los ayunos del solo, y Congregacion y Pascuas, nuevamente emendado. Y por ocho tiene, Encomendancas de A. derechas de grande coraçon. Mandamiento de A. claro alumbran ojos. Y abaxo, Absterdam, estampado en casa de Paulo Rabestem, por industria de Tehudab. Machabeu à primero de Adar 1382.

Orden de Oraciones, segun el Hebreo en lengua Hebraïca, y vulgar Española, traduzido por el Doctor Isaac, hijo de Don *Sem Tob*, Cavallero en Venecia.

Orphea, Comedia assi intitulada.

EN PORTVGVES.

Obras de graças & zumberias.

Oraçam de S. Marinha.

Oraçam do Testaméto de Iesu Chr.

EN ITALIANO.

Opera divina de la Christiana vita.

EN FRANCES

La tressaincte Oraison que nostre Seigneur a baillé à ses Apostres, &c.

EN FLAMENCO, y Tudesco.

Een sonderlinghe, salighe Oeffeninghe der Passie Christi.

Den Offer des Heeren.

Den Opoffer der Martelen, met verscheyden sendtbrieven. Sectæ Memnonisticæ.

Der Waerheyt ondervvys.

Een cort ondervvys.

Christeliycke ondervvysinghe tot het rycke Godts.

Corte Ondervvysinghe der Heylighet Scriftuere, hoe vvy den Duyvel, &c. Antuerpiæ, by Keerbergen.

PRI-

PRIMA CLASSIS.

IN QVA

AVCTORVM *damnatæ memoriæ Opera edita*, &c.

P

PALATINVS Kednadod.

Seu, *Kednadon, à Straſvvich.* Germ. Theolog. Luther. Auguſt. confeſſ.

PANTALEON Candidus.

Philoſophus, & Theologus, Hiſtoriog. Philolog. & Poëta, Luthero-Zuingl.

EIVS Poëmatum expurgationem, vide tomo 2. Deliciarum Germanicarum litera D. 3. Claſſ.

Item eiuſdem *Bohemais*, hoc eſt, *de Ducibus Bohemicis*, libri duo, & de Regibus quinque, Argentorati 1590, & 1597. permit.

Apponenda eſt initio nota damnati Auctoris, & operis permiſſi.

